



OR
C C
DE V
STIA
ADO
S.

Aduer
mij, Ne
sphem

Adiec
futa

REVE
Patrem
Laodic
Ep

ORTHODOXA CONFESSIO


DE VNO DEO, QVEM CHRISTIANI CATHOLICI CREDVNT, ADORANT, ET INVOCANT, EX S. LITERIS DESCRIPTA.

Aduersus omnes Samosateni, Arrij, Eunomij, Nestorij, & similium hæreses & blasphemias, hoc extremo infœlici sæculo ab inferis reuocatas.

Adiecta est sub finem libelli, eorum confutatio, qui animas cum corporibus extingui commenti sunt.

PER


REVERENDISS: IN CHRISTO Patrem MARtinum BIALobrzeski, D. G. Laodicensem & CAMenecensem designatum Episcopum, necnon Abbatem Claræ TVMBAE.



IN INSIGNIA MAGNIFICI VIRI D. IOANnis ZAMOISCI Regni Poloniæ Procancellarij. &c.
ANDR: TRI.



TRES HASTAE perfoſsus erat queis SARIVS ille
Qui generi hoc meruit nobile ſtemma ſuo,
Deſignant fortesq; viros, cupidosq; tuendæ
Sic Patriæ, his ob eam vt ſit quoq; dulce mori.
Hos inter Princeps hic eſt ZAMOISCVS, at ille
Et dextra forti præſtat, & ingenio.
Doctrinam cuius miratur & Itala tellus,
Miratur nitidum nec minus eloquium.



MAGNIFICO VIRO DOMINO IOANNI ZAMOYSKI REGNI POLONIÆ PROCANCELLARIO, & Belzensi, Zamechensi, atque Knyssinensi Præfecto.

MARTINVS BIALOBRZESKI D. G. Laodicensis & Camenecensis *designatus Episcopus, necnon Abbas Claræ Tumbæ.*

S. P. D.



CVM VIDEREM in vniuersa REGIS nostri ditione, exortos esse multos phanaticos homines, qui de vno vero DEO, qui est PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS, priscas hæreses antiquatas renouando, & noua subindè absurdarum opinionum monstra comminiscendo, animos

vulgi deprauant, & à fidei Catholicæ integritate auellunt: vt rectiùs munus officij mei exequi & tueri poſſem, quandoquidem in eorum numerum, qui Eccleſiæ præſunt gubernaculis, cooptatus ſum, armis ſpiritualibus me inſtruendum eſſe putaui, quibus immanes hi Gigantes, qui cœlo bellum intulerunt, retundantur. Quamobrem poſt Sacrarum literarum libros Canonicos, Orthodoxorum Patrum & veterum & recentiorum ea reuoluens ſcripta, quibus dogmata hæreticorum refelluntur, hunc breuem libellum methodum ſecutus ſimplici orationis genere & planè Theologico conſcripſi, primùm quidem in vſum priuatum, poſtquàm iudicio & voluntate prudentiſsimi REGIS noſtri Epiſcopus Camenecenſis deſignatus eſſem, vt cùm in ea Diœceſi complures ſint ſchiſmatici, nonnulli etiam nouarum hæreſeωn labe infecti, haberem in promptu in hoc compendio rationes, quibus illorũ argumenta refutarem. Sed poſteà cùm quibuſdam amicis legendum præbuiſſem, & dignum eſſe iudicarent, qui in manibus hominum verſaretur, vt typis etiam excuderetur curaui.

Etſi au-

Etsi autem parua mihi tecum intercessit consuetudo & familiaritas, tamen cùm de tui ergà me animi propensa voluntate satis mihi constet, tibi potissimùm hanc meam lucubratiunculam nuncupandam esse statui, vt quandoquidem insignem tuam eruditionem, & recti iudicij acumen admirentur omnes, tuo patrocinio aduersus sciolorum & maleuolorũ vellicationes defendatur. Nam bonorum omnium, & candidè iudicantium, qui sacrarum literarum sunt periti, et Ecclesiæ Catholicæ consensum sequuntur, æquas censuras nil formido. Quod superest peto à te, vt tua commendatione ornatus Serenissimo REGI nostro etiã offeratur, ita enim et libentiùs eius lectionem suscipiet, & posteaquàm legerit, cognoscens à quibus monstris Ecclesia Catholica in eius Regno oppugnatur, laboranti manus auxiliatrices adferet, & ne pestilentis huius mali contagio serpat latiùs, maturè, ne suo desit officio, prouidebit. DEVM OPT: MAX: precor, vt te Ecclesiæ Catholicæ et Reipublicæ nostræ quã diutissimè seruet incolumẽ ac fœlicem.

CRACouiæ XI Calend: Iulij. Anno à CHRISTO nato. M. D. LXXVII.

ELENCHVS CAPITVM
HVIVS LIBELLI.

Filius

VERI ANTICHRISTI
DESCRIPTIO.

Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium. **I Ioannis 2.** Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet. Ecce quomodo Pater à Filio non potest separari.

Omnis spiritus qui confitetur IESVM in carne venisse, ex Deo est: Et omnis spiritus qui soluit IESVM, ex Deo non est, & hic est Antichristus. **I. Ioannis 4**

Qui non seruat hanc fidem de CHRisto, illum à Patre cœlesti venisse in carnem, priusq; fuisse apud Patrem diuinitate æterna quàm verus homo factus est, est Antichristus. Quoniam soluit IESVM, id est, non confitetur Christum in carne venisse.

Qui non confitetur Iesum Christũ venisse in carnem,
2 Ioannis 1. hic est seductor & Antichristus. Quomodo autem Ie-
sus in carnem venit, ipse solus testatur: Exiui à Pa-
Ioannis 16. tre, & veni in mundum. Et iterum: Ego enim ex
Deo procesſi & veni.

Antichristum itaq; ex his scripturæ locis facilè fide-
lis cognoscet: Quoniã non ille est qui confitetur Chri
stum verum & naturalem Dei filium, sed ille qui ne-
gat. Hunc Paulus vocat hominem peccati, & filium
perditionis, qui omne mysterium operatur iniquita-
2. Thessa: 2 tis. Tales Antichristos multos iam fuisse tempore
Ioannis Euangelistæ constat, ab illoq; tempore alij
1. Ioannis 2 alijs succedebant, quoadusq; ad magnam defectionem
illam ventũ est, quando Mahometes diuinitatis Chri
sti aduersarius quasi quoddã caput huius doctrinæ fa-
ctus, ferè maiorem partem orbis à Christi illa vera
fide alienauit, ac valida manu alienare nõ cessat: adeò
iam exaltatus in suo imperio, vt se ostendat tanquàm
Deum, extollatq; suprà omne quod dicitur Deus.
Videant ergò isti noui Euangelistæ, qui negant Chri-
stum esse verũ & naturalem filium Dei, ex quali fon-
te doctrinam istam suam hauriunt. Apparet certè il-
los non Christi, sed Antichristi dogmata sequi.

Det illis Dominus meliorem mentem.

ORTHO.

OR
C C
De vn
stiani
rant

QV



etiam f
ptis no
blicè

ORTHODOXA CONFESSIO

De vno DEO, quem Christiani Catholici credunt, adorant & inuocant: ex S. literis descripta.

)?(

QVOD SIT DEVS.
CAPVT I.



VLti erant olim, & nunc proh dolor plurimi inueniuntur: qui non tantùm verbis sed etiam factis, imò & malesanis scriptis non erubescunt aperte & publicè negare esse Deum. Istius

autem impij & abominandi deliramenti, diuinarum & humanarum rerum ſolertiſsimi ſcrutatores tales fuiſſe cauſas ſcriptis ſuis prodiderunt.

Prima eſt humani animi ignauia, & mentis eiuſdem ſocordia ad conſiderandũ & cõtemplandum eum, ad cuius imaginem & ſimilitudinem creata eſt. Qui enim ignauia abiecta, & ſocordia excuſſa, ad contemplationem iſtam rapiebantur, quantumuis barbariſsimi fuerint: nihilominùs Theologi, Triſmegiſti, Vates, Sophi apud antiquos appellabantur. *Socordia.*

Cauſam aliam erroneæné an horrendæ magis iſtius opinionis, Dauid Spiritu ſancto edoctus aſſerit

ſerit eſſe impietatem. *Dixit (inquit) impius non eſt Deus.* Impietas enim existens Diaboli ſemen & plantatio, Deum pietatis autorem ſecũ in eodem ſuppoſito ferre neutiquam poteſt, & zizania p̱ inimicum hominem, dormientibus hominibus ſeminata, ad tempus ſemen bonũ opprimit; nec tenebræ lucem vnquã ferre poſſunt. *Impietas.* *Pſalmo 14.*

Tertia porrò cauſa execrandi iſtius atheiſmi, à porcorũ de grege Epicuri hebeti ingenio, & rudiore ſenſu ꝑfecta fuit, ex euentuũ in rebus humanis magna inæqualitate ad ſuas cauſas. Cùm enim viderent impios proſperari, pios autem infœlices eſſe: ſceleratis bene ſuccedere, bonos verò grauiſsimis & diuturnis afflicti- *Inæqualitas.*

onibus expoſitos eſſe: omnia fortuitò & temerè, citraq́ omnem prouidentiam opinabantur fieri: hincq́ veſano diſcurſu ſtatuebãt, vel Deũ non eſſe, vel ſi eſſet nullã curam de iſtis inferioribus habere. Tales euentus cauſis ſuis vſq adeò inæquales, etiam Prophetas electos Dei, primùm in admirationem, demum & in dubitationem rapiebant. Dauid enĩ Pſal: 9. & 39. necnon 143. Iob 12. & 21. Abacuc 1. ſatis ſcrupuloſè inquirunt cauſam à Deo, cur tacet cõculcante impio ſe iuſtiorem? impij cur in terra proſperantur? cur oues eorũ fætoſæ, boues craſſæ? Sed licet religioſiſsimè ſcrutantes, defecerunt tamen ſcrutinio: & quæ humanã capacitatem excedunt

cedunt, ipſimet Deo iudicanda reliquerunt. Iſtius atheiſmi vt Lactantius lib: 1. cap: 2. de falſa religione ſcriptum reliquit, autor fuit Democritus, confirmator Epicurus. Sed & antea Protagoras qui Deos in dubium vocauit: & poſtea Diagoras, qui excluſit.

Nec inferior cauſa fuit atheiſmi blaſphemo ore inter genus humanum euomendi, mortis tyrannica prorſùs, & nemini quantumuis potentiſsimo & inuictiſsimo ſuperabilis poteſtas. Quæ nedum per omnes homines bonos & malos, pauperes & diuites, humiles & excelſos, obſcuros & illuſtres pertranſire, verùm in iſtos etiam qui in Deorum numerum referebãtur, ſine diſcrimine graſſari videbatur. *Mortis tyrannica poteſtas.*

 debatur.

debatur. Quod ſecum expendẽs Lyricus Pòéta lugubri plectro ita cecinit:

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas. Regumq; turrres. Et alius.

Omnia mors æquat.

Inde Stoica illa ſubtilis quidem, ſed vana Philoſophia, de fatali & ineuitabili neceſsitate emanauit. Vtinã verò aliquando apđ Chriſtianos in atheiſtas ita animaduertatur, quemadmodum Athenienſes licèt gentiles animaduerterãt, vt idem Lactan: lib: de Ira Dei cap: 9. annotauit. *Primus omnium, inquit, Protagoras extitit temporibus Socratis, qui ſibi diceret non liquere vtrum eſſet aliqua diuinitas, necnè?* Quæ diſputatio eius adeò impia & contra veritatem & religionẽ iudicata eſt, vt & ipſum Athenienſes expulerint

rint ſuis finibus , & libros eius in concione quibus hæc continebã tur exuſſerint. Quod in tanta im punitate ſcelerum, & cultus Diuini negligentia, ſperare quidem poſſumus, at in effectum deduci maxime addubitamus, & Deũ qui blaſphemias ſemper deteſtatur vindicem expectamus. Ad explo dendum tamen nedum ad Cimmerias, ſed infernales etiam tene bras hunc blaſphemum errorem, ſi quis patientes & obſequentes animæ magis quã corporis adhibeat aures : facilis modus, & via breuis hæc eſſe poterit.

Tria igitur præcipuè ſunt quę teſtantur eſſe Deum. Primum, verbum Dei. Deinde pulcherrima mũdi machina. Demum, ipſa

hominis pulcherrima & mirabilis fabricatio, innumeris miraculis, & teſtimonijs Dei adornata. Habet etiã mens humana de Deo diuinitùs impreſſam ipſi notitiã, & iudicium ac diſcrimen honeſtorum & turpium, quod eſt certum indiciũ hominem ab æterna mẽte eſſe conditum, & quodam modo ipſius participem factum.

Teſtatur Verbum Dei eſſe DEVM.

Moiſes enim ſtatim in initio libri Geneſeos oſtendit eſſe Devm dicens: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Breuiter expreſsit, Deum antè omnia creata in ſeipſo fuiſſe, nec incepiſſe, ex ipſiusq; volũtate omnia quę ſunt originem ac cepiſſe. Hoc ipſum teſtatur ipſemet Deus per Moyſen: *Ego ſum De*

Deus ante creationem mundi, rerumq; viſibilium & inuiſibilium, in ſeipſo fuit.

us. Deus

us. Deus omnipotens nomen meum. Sum Deus patris tui Abraham. Ego ſum qui ſum. Ero qui ero. &c. Et Prophetæ nomine Dei ſæpiſsimè loquũtur: *Hæc dicit dominus Deus,* de Deo vtiq; exiſtente.

Gen: 17. & 35. & 40. Exo: 3. et 5. & 20. Leuitici 18. & 20.

Teſtatur deinceps & profitetur Deum eſſe, hæc propemodũ immenſa, & omnium rerum corporalium pulcherrima mundi huius machina mirabilis. Priùs enim aliquem extitiſſe, qui cœlum & terram, viſibilia & inuiſibilia creauerit, totum mundum tàm ornatè condiderit, cœli machinam, curſum, & ornatum conſtituerit. Hæc enim omnia ſi fortuitò aut caſu facta olim fuiſſent, non poſſent tàm diu ſubſiſtere, & integra

Creatio mũdi oſtendit Deum eſſe.

perdurare. Tanta igitur mundi huius machina, non tantùm ostẽdit quòd Deus est, sed etiam pulchritudine, ornatu, magnitudine, qualis sit, euidẽtissime demõstrat. Causa enim, vt inuestigarunt Philosophi, proportionatur suo causato: Ista, inquam, mundi admirabilis, & communem cursum naturæ excedens, imago, gentiles mentis sanioris induxit, vt Deum
Romano. 1. esse cognoscerent, sed quoniam cognito eo, non sicut Deum glorificauerunt, & veritatem Dei in mendaciũ commutarûnt, parùm profuit illis eadẽ cognitio: imò Deus ipse tradidit illos cupiditatibus ignominiosis, & in mentem omnis iudicij expertem. Nobis

certè

certè ne in ſimilem pœnam inci damus, operæpreciũ erit aſsiduè intueri mundi machinam, ſingulas quoq; creaturas, vt ipſũ in his opificem & conditorem rerũ omnium agnoſcentes, tanquam verum Deum glorificemus.

Deum eſſe teſtatur quoq; ipſa hominis pulcherrima fabricatio, adornata multis miraculis & teſtimonijs à Deo, quam per ſingula etiam membra, qui exactè, & cum ſumma delectatione conſiderare velit, eandem apud chriſtianũ Ciceronem in libro de Opificio Dei: apud gentilem verò Ciceronem in libro 2. de natura Deorum legat.

Quiſquis itaq; conſiderat ſuam creationem, cognoſcit vtiq; illã

 ſuiſſe

fuiſſe à Deo,& hinc tandem Deum eſſe omninò confiteri oportebit,cùm ipſa illius fabricatio teſtis & index Dei certiſsimus eſt. Sunt etiam pleraq; ſingularia teſtificantia Deum eſſe, videlicet, Motus, per quem etiam gentiles Philoſophi naturali inſtinctu cognoſcebant eſſe Deum. Videntes enim inferiora moueri per ſuperiora, hoc eſt,elementa per corpora cœleſtia, in elementis etiã illud quod fortius eſt mouere id quod debilius, vt in corporibus cœleſtibus inferiora à ſuperioribus aguntur: neceſſariò ipſo inſtinctu naturali deueniebant ad agnitionem Dei, quem primum mouens omnibus ſupremũ,quod

à nullo

à nullo moueatur, primũ ens immobile, maximè ens bonũ & optimum, primum efficiens, infinitã mentem quæ per ſeipſam mouetur, genitorem vniuerſitatis, cauſam bonorum & malorum appellabant. &c.

Oſtendit quoq; Deum eſſe ordo cauſarum efficientium, impoſsibile enim eſt quòd aliquid ſit cauſa efficiens ſui ipſius: eſſet enim prius ſeipſo. Neceſſe eſt ergò ponere cauſam efficientem primã, & hanc Deum eſſe & ipſi gentiles cognouerunt.

Teſtatur etiam Deum eſſe propagatio & conſeruatio: necnon duratio rerum in mundo, conſeruatio humanæ ſocietatis & imperiorum, pœnę ſceleratorum ad-

mirandæ & graues, etiam cessante magistratu in corrigendo, ipsa quoque magistra natura, quæ docet, Deum omnium rerum caussam esse, à qua omnes res ordinantur ad finem: Hæc itaque omnia testantur Deum esse. Sed quoniam in Catechismo nostra patria lingua conscripto multa per nos scripta sunt de ea materia, lectorem Polonũ illuc remittimus, hîc namque breuitati quàm maximè poterimus studebimus. Postquàm igitur Deum esse ostendimus, & talem Deum in quo viuimus, mouemur, & sumus, creatorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium, architectũ & cõseruatorem perpetuum rerum omnium, & ipsum sapientis-

Actor: 17. *Gene:* I.

simum

ſimum potentiſsimumq́, guber-
natorem omnis creaturæ, quod
deinceps ordine doctrinæ ſequi-
tur tractandum eſt.

QVID SIT DEVS.
CAPVT II.

OMnium equidem difficilium difficilimum eſt dare definitionem Dei, quoniam natura indefinitus exiſtens per artem haudquaquam definiri poteſt: Hęc quidem viſibilia vtcunq́ definiri poſſunt, ſed cùm Deũ nemo viderit vnquã, præter Filium eius qui eſt in ſinu Patris, nemo etiam illum definire poteſt. *Ioannis I.* Veruntamen vt luceat in mente noſtra vera Dei notitia: propter ipſius inuocationem, ex reuelatione per Filium Dei hominibus facta, de-
mùm

mum ex expreſſo verbo Dei, Ecclesiæ ſancitis & ſymbolis, iuuãte nos eo ipſo de quo diſſerimus aut potiùs balbutimus, definitionem indefiniti Dei explicare conabimur, potiſsimùm ea de cauſa: vt ſeiũgamus hunc verũ Deũ à cõfictis gentilium Dijs, & vt in omni periculo & tẽtatione, abſq; cunctatione omnem noſtram fiduciam & ſpem in hunc Deum reponamus.

Tertuliani libro 1. contra MARcionem Definitio Dei. Deus eſt ſummũ, magnum, In eternitate conſtitutũ, innatum, ĩfectũ, ſine initio, ſine fine.

DEVS eſt, PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS, in tribus perſonis

VNA ESSENTIA, id eſt res exiſtẽs & viua. 1. *Thim*: 4. *Heb*: 10. *Eſa*: 37.

SPIRITVALIS, ideò, quia opponitur rebus corporeis, iuxta illud *Ioan*: 4. *Lucæ* 24.

ÆTER-

ÆTERNA, ideò, qa poteſtas eius, poteſtas æterna. *Dani: 7. Pſalmo 102. Baruch 3.*

IMMENSÆ SAPIENTIÆ, quia omnia in ſapientia fecit. *Pſal: 103. & 146. Ierem: 51. 1. Thimote: 1.* Soli ſapienti Deo honor & gloria.

IMMENSÆ POTENTIÆ, qa eſt omnipotens. *Gene: 17. Exo: 15. Iudi: 16. Iob 8. & 24. Eccle: 42. & 44.*

BONA, quia nullus eſt bonus niſi ſolus Deus. *Math: 19. Gen: 1.*

MISERICORS, quoniã miſericors Dñs & iuſtus. *Pſal: 114. Exo: 22. Eſaiæ 58.*

VERAX, quia Deus verax eſt. *Ioan: 3. Item 7. necnon 8. Rom: 9.*

IVSTA, quoniam iuſtus Dñs & iuſticias dilexit. *Pſ: 7. & 10. Ier: 20.*

LIBERRIMA, quia omnia quæcunq; voluit fecit. *Pſal: 115.* & libe-

rè omnia

Et idẽ de Trinitate. Deus eſt mẽs quædã gignẽs & cõplens omnia, ſine vllo initio aut termino tẽporis, cauſas rerum naturaliter nexas ad vtilitatem omniũ ratiõe moderãs. Plinij Definitio Dei. li: 2. ca: 7 Deus totus eſt ſenſus totꝰ viſus, totus auditus, totus animi, totus animæ, totus ſui. Ethnica ſecunda Definitio Dei fuit iſta. Deus eſt mens æterna, cauſa boni in natura, hanc Plato hauſit ex lumine rationis, & contemplationibus creaturarum.

rè omnia, & contra cursum naturæ communem facit, nã solem in cœlo bis retraxit. *Iosuæ* 10. & 4. *Regum* 20. vndas maris Rubri & Iordanis fluminis stare voluit. *Exodi* 14. *Iosuæ* 3.

Quæ quidem definitio duo præcipue complectitur. Primùm naturam Dei, ibi: Deus est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus in tribus personis vna essentia. Deinde differentias veri Dei à Dijs falsò opinatis, ibi: Spiritualis, æterna, immensæ sapientiæ, potentiæ. &c. Nulli enim Deorum falsò opinatorum conueniebat vnquàm esse Spiritualem, æternum, immensæ sapientiæ. &c. Esse autem Deum trinum in per

sonis

ſonis & vnum in eſſentia probant. multa teſtimonia Filij Dei in Nouo Teſtamento, in veteri verò illuſtriſsimæ Patris omnipotentis patefactiones, & Spiritus ſancti per Prophetas locutiones. De hoc lege Baptiſmũ Chriſti, Mat: 3. Mandatum Baptiſmi vniuerſi orbis. Matth: 28. & à 13. capite Ioannis vſq; ad 18. Omnia iſta loca ſcripturæ, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, teſtificantur vnum verum Deum eſſe in eſſentia & trinum in perſonis, ſed latiùs ea tractabimus inferiùs.

Hactenus ex ſcripturis deſumptã definitionẽ ipſius Dei õnipotentis tractauimus: oſtẽdimusq; quantũ ex Sacris literis fieri potuit Quid eſt Deus. Nunc tandem

Dei

Dei adiutorio ad hoc genus doctrinę accedemus, quod est homini Christiano valde necessarium.

DEVM ESSE VNVM IN ESSENTIA. CAPVT III.

DEVM vnum esse longis rationibus nō est necesse ostendere, vnum enim Deum credunt Iudæi, credunt Turcæ, credunt Scytæ, credunt omnes Machometani, hunc etiam confitentur esse creatorem omnium rerum, æternum immensum, incorporeum, essentiam intelligentem, sapientem, potentem, iustum, misericordem, veracem, omnipotentem, non generatū. &c. *vt apparet in Alcorano Asoara* 1. 44. 122. 124. *& in aliјs.* Hoc ipsum etiā Iudæi credunt &

dunt & confitentur. Eandem fidẽ & nos Christiani Catholici credimus & confitemur, imò omnes etiam hæretici scismaticiq; credunt & confitentur: habentur enim scripturæ testimonia infallibilia, quæ affirmant vnum tantũ esse Deum, hoc est, vnicam tantũ esse essentiam Diuinã, quæ in principio condidit, & perenni ꝓuidentia conseruat omnia.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ego sum Dñs Deus tuus: nõ habebis Deos alienos coram me. *Exodi 20.*

Dominus ipse est Deus, & nõ est alius præter eum. *Deutero: 4.*

Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est. *Deutero: 6.*

Videte quòd ego sum solus, & non est alius Deus præter me. *Deuter: 32.*

Ego sum Deus, & non est alius *Esaiæ 45.*

Deus præter me, formans lucem & creans tenebras.

Esaiæ 44. Ego ſum primus & nouiſsimus, & præter me non eſt Deus.

Similia lege 1. *Paralipo*: 17. 2. *Paralip*: 6. 2. *Re*: 7. 3. *Re*: 8. *Iob* 23. *Sap*: 12. *Iudit* 9.

EX NOVO TESTAMENTO VNIVS DEI TESTimonia.

Math: 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Math: 19. Nullus eſt bonus, niſi ſolus Deus.

Mar. 12. Vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum.

Lucæ 18. Nemo eſt bonus, niſi vnus Deus.

Romano. 3. Vnus eſt Deus qui iuſtificat circuncisionem ex fide.

1. *Corin.* 8. Nullus eſt alius Deus niſi vnus.

Galla: 3. Deus vnus eſt.

Ephes: 4. Vnus Deus & Pater omnium.

1. *Tim*: 2. Vnus eſt Deus.

VEra igitur, certa & immota

eſt do-

eſt doctrina, vnius veri Dei, mul-
tis teſtimonijs ſcripturarum iam
oſtenſa, quã ingenio ac doctrina
præditi Ethnici etiã agnouerunt,
vnum duntaxat Numen eſſe intel
ligentes, docenteſq́: plura infini-
ta non poſſe ſimul ſubſiſtere. Sed
maneat Ethnicis ſua doctrina.
Quoniam vero fidem vnius Dei
communẽ eſſe diximus, Iudæis,
Machometanis, & Chriſtianis:
Oportet nos oſtẽdere ex expreſ-
ſo verbo Dei, quã longè diſtat fi-
des & confeſsio vnius Dei Chri-
ſtiana, à fide & confeſsione Iuda-
ica & Machometana: Diſcrimen
enim magnum eſt inter nos & il-
los: illi enim negantes illum verũ
eſſe Deum, qui ſe in filio patefecit
mundo, aberrant à vero Deo, qa

nescientes Filium, nesciunt & Patrem q misit illum. Ostendemus itaqꝫ ꝙ iste Deus verus Christianorum, quamuis in Essentia sit vnus, est tamen trinus in Personis.

TRES SVNT PERSONAE IN VNA ESSENTIA DIVINA. CAP: IIII.

ECclesia Christi Catholica cũ suis veris filijs, doctrinam de tribus personis Diuinis semꝑ sancte & religiose credidit, & coluit: Patremqꝫ & eius vnigenitum Filium, necnon Spiritum Sanctũ, nõ tm̃ vocabulis, sicut multa sunt vocabula Dei apud Hebræos, sed re ipsa sꝑ discernere curauit & docuit. Docuit, inquã, tres personas ꝑ se subsistentes & à se non separatas, vere & realiter in vna essentia

Diuina

diuina existere. Obseruet itaqꝫ fi-
delis Christianus, ex doctrina Ie-
su Christi, vnitatem inseparabilē
in Trinitate, & Trinitatem nō no
mine sed re, in personis diuinis,
siue essentijs per se subsistentibus:
Græci dixerūt in Deo vnā ουσιαν.
& tres υποστασεις: hoc est, res vere sub
sistentes. Ignotā enim mentibus
humanis doctrinam, de vno &
trino Deo, vt circa ambiguitatē
perspicuè ōnibus traderent, sum-
mam diligentiam adhibuerunt,
vt disputādi aut loquendi neces-
sitas, certa vocabula quasi symbo
la quædā, habeat: quę ipsius Dei
naturā exprimāt. Hinc ista nōina
nata sunt, quibus veteres vsi sūt,
& ea nobis ꝓpter loquēdi neces-
sitatem per manus tradiderunt,

queſũt, Trinitas, ſubſtãtia Eſſécia, Perſona, Natura, Deitas. &c. Quibus nõinibus, Auguſtino teſte, Patris, Filij & Spũs Sãcti, ſimpliciſsimam vnitatem ac Deitatem intelligebant & docebant: Per nomen enim Eſſentię intelligebant Diuinam naturã, quę communis eſt tribus perſonis, quę eſt tota in ſingulis. Per nomen Trinitas, intelligebant & docebant, in tribus perſonis ſimpliciſsimã vnitatem Diuinarũ perſonarum, iuxta illud *Ioannis: Et hi tres vnũ ſunt. Et illud in Gene: de Abraha: Tres vidit et vnũ adorauit.*

Libro 2. de moribꝰ Manichæorum.

Lib: 1. Sentent: 5. diſtincti.

1. Ioannis 5.

Diximus Græcos neceſsitatis gratia, nõina ex ſcripturis deſumpſiſſe ad neceſsitatem loquendi de Deo trino & vno: porrò & Latinos id non neglexiſſe oſtendendũ eſt. Quas enim Græci ὑποστάσεις,

Latini

Latini perſonas appellarũt, quos & Græci poſteriores emulati ſunt. Perſonã aũt in hoc articulo, ſubſtantiam indiuiduam, viuam, intelligentem, incommutabilem, & ꝑ ſe ſubſiſtentem, intelligebãt: non pro habitu aut diſtinctione officij, vt eſt in vſu linguę Latinę. Nec hoc loco nomen perſonę in Deo conuenit cum creaturis, q̃a creaturę nõ exiſtunt à ſeipſis, ſed aliunde ſuſtẽtantur. Ideo Doctores perſonas Diuinas ex eſſentia non deriuant, neq; eſſentiã à perſonis ſeparant: ſicut enim eſſentia Dei, ab ipſo Deo, in Deo eſt, ſic & perſona. Et ſicut vna & ſola ſemper erat, & eſt Diuina natura, quæ vere eſt & ab ipſo Deo eſt, ita & eſſentia.

Quoniã vero Deum, essentiam à se habere credimus, non alieno beneficio: diuersam illam a creaturis intelligimus. Aliud est enim creatoris esse beneficio quod sub sistat, aliud eternitate naturę. Deus itaq; qui exordium, q; est, non habet, essentię nomẽ verè tenet. Creaturę autẽ etsi videntur esse habere, quoniam aliquando non fuerũt, & multę rursus nõ erunt, verę essentię nomen sibi vendicare non possunt. Deus aũt quoniã habet esse sine principio & fine: iustè de sua essentia, id est, q; est, dixit ad Moisen. *Ego sum qui sum. Et iterum: Qui est misit me ad vos. Item: E-*
Esa: 41. 42. *go sum primus & nouissimus. Ego sum De-*
43. 44. 45. *us, & non est alius præter me. Ego sum qui*
48. & 50. *feci lucem & creaui tenebras. &c.*

Intelligit iã fidelis Christianus, quid

quid ſit Diuina eſſentia, quę tota & integra eſt tã in tribus perſonis ſimul, quã in ſingulis ſingilatim: eſſe enim Patri, Filio, & Spiritui ſancto nunquam defuit. Quę q; dem eſſentia, vt cum Magiſtro lo quamur, nec eſt genita, neq; gene rata, ipſe enim Deus eſt illa ipſa eſſentia. Et ſi genuiſſet eſſentiã il lã qua eſt, ipſa eadẽ eſſentia quã genuit, cauſa eſſet illi vt ſit: rela; tiuè enim Deus ipſe ad eſſentiam diceretur, quod dicere quid eſt inſanius?. Sed fortaſsis breuita; tis metas prætergreſsi, longiùs de nõine eſſentię diximus quã debu imus. Annotabimus aũt pro co; lophone illud dictum Auguſtini. *Subſtantia Patris ipſe Pater eſt, non quo Pa ter eſt, ſed quo eſt, ita & perſona Patris nõ aliud quã ipſe eſt, ad ſe quippè dicitur per-*

Libr: 1. Diſtinctio: 5.

Libr: 7. de Trinitate. Capite 6.

 ſona,

sona; non ad Filium & Spiritum sanctum, sicut ad se dicitur Deus: & magnus & bonus, & iustus: & siquid aliud huiusmodi. Et quemadmodum hoc illi est esse, quòd Deũ esse, quòd magnum, quòd bonum, ita hoc illi est esse, quod personam esse.

Ecce quid sit persona in Deo, ex D. Augustini doctrina, facilè quisq; potest cognoscere: Est enim subsistens viuum, indiuiduum, intelligens, incõmutabile, non sustentatum ab alio. Posito itaq;, quomodo essentia, persona, substantia, & cætera nomina in Deo sunt intelligenda: Necessariũ est nobis ostendere ex Sacris literis q plures sũt personę Diuinitatis quã vna, & nõ plures quã tres.

Quid sit Persona.

Pluralitatem istam Diuinarum personarum apertè scriptura Sacra demonstrat, & luculenter pbat in his locis. *Genesis* 1. *In principio*

cipio

cipio Elohim(id ē dij)creauit cœlū et terrā. ELOIM, posuit, vt significet in vna essentia Diuina plures esse personas, coniungit verbum singularis numeri, creauit, vt vnitatem essentiæ Diuinæ rectè ostendat. Sic eodem capite eandē pluralitatem ostendit cū dicit: Faciamus hominem, loquitur tanquam de pluribus, & statim subijcit, Creauit Deus hominem. vt significet vnum esse creatorem hominis, & per consequens vnum esse Deum. Item Genesis 3. Ecce Adā factus est quasi vnus ex nobis. Et iterum: Pluit Dominus ignem à Domino in Sodomam & Gomorā. *Genesis* 19.
Et eodem libro: Venite descendamus & cōfundamus linguas ædificantiū turrim Babel. *Genesis* 11.
Et in Psal: Dixit Dōinus Domino meo. Iterū aūt: Vnxit te Deus Deus tuus oleo leticiæ. *Psal*: 110.

Omnes istę scripturę docent plures esse personas Diuinę essentiæ quam vnam. Quòd non sunt plures nisi tres, etiam scriptura sancta nos edocebit.

TESTIMONIA SCRIPTVRARVM, TRES TANTŪ ESSE PERSONAS ESSENTIÆ DIUINÆ. CA: V.

NON esse plures nec pauciores personas in Trinitate nisi tres, PATREM, FILIVM, & SPIRITVM SANctū, ex testimonijs scripturarū Ecclesia Christi credit, docet & confitetur. Quarum trium personarum testimonia ostēdere primum ex Veteri Testamento incipiemus. Statim enim in ipso initio Geneseos harū trium personarū apertisima mētio ē. Trāslatio Latina, p ELOIM, in singulari nomen Dei ponit, & sic mysterium trium personarum nobis patefecit. Fit enim primo mentio Dei: Deinde verbi, quod verbū vere Filius Dei est. Postea Spiritus sancti: textus sic habet.
Genesis I. *In principio creauit Deus cœlum & terram. Vltra: Et dixit Deus fiat Lux.* Sexcies Moises repetit hæc verba, *Dixit*

Deus,

Deus, vt oſtendat omnia per ver
bum Dei facta eſſe. Hoc & Ioan-
nes Euangeliſta teſtatur, quòd õ- *Ioannis* 1.
nia per verbum facta ſunt, & ſine
ipſo factum eſt nihil, quod factũ
eſt. Spiritum vero Sanctũ ita de-
ſcribit Moiſes. Et Spiritus Ieho-
uę ferebatur ſuper aquas, *alij trans-
ferunt*, incubabat aquis. Habes ex
preſſam per Moiſen trium perſo
narum deſcriptionem: Oſtendit
enim Deum ipſum, Deinde eius
Verbum, Tertio Spiritũ ſanctũ.
A qua confeſsione & patefactio-
ne Moſis, Dauid Rex & Prophe-
ta ne latum quidem vnguem di-
ſceſsit in Pſal: 34. cum diſtinctè
de qualibet perſona ita locutus
eſt. Verbo, inquit, Domini cœli
firmati ſunt, & Spiritu oris eius õ
nis

nis virtus eorum. Hic perſonę di-
ſtinctę tres nominantur, Dõin9,
Verbum, & Spiritus oris eius. Et
tamen non tres creatores cœli di-
cuntur, ſed vnus: ab vno enim fa-
ctore ſiue conditore qui eſt Dñs,
Verbum, ſeu λογος, & Spiritus, cœ-
lum eſt creatum. Nec Dominus,
videlicet Pater, peculiare ſuum
opus aliquod facit: Nec λογος, ſu-
um ſeparatim a Patre: ita nec
Spiritus ſanctus ſuum a Patris &
Verbi opere diſcretum, ſed quid-
quid eſt conditum, trium perſo-
narum eſt commune opus, vt v-
nius & eiuſdem conditoris. Si eñ
alicui perſonę Diuinitatis ſeorſim
aliquod opus ab extra (vt vocãt)
tribueretur, quod non ſimul & re-
liquarum opus eſſe intelligatur:
diſtra-

diſtracta & diuulſa eſſet ſimpli-
ciſsima vnitas diuinitatis, & pro
vno Deo tres Dij ſeu creatores
fingerentur. Non eſt igitur faci-
enda perſonarum diuiſio ſeu di-
ſtinctio iuxta opera quę faciunt
in creaturis, perſonę intra ipſam
Diuinitatem ſunt diſcernendę, ita
tamen, vt ſingula Diuinitatis ope
ra, omnibus communiter & ſine
diſcrimine aſcribantur: Quod vt
fiat, Moiſis & Dauidis ſcripta nos
inſtruunt, qui, quamuis diſtinctè
in negocio creationis tres perſo-
nas nominarent, vnum tantū fa-
ctorem ſeu conditorē omniū re-
rū eſſe declararūt & deſcripſerūt.
De quibus quidem tribus perſo-
nis eſſentię Diuinę idem Prophe
ta Dauid aperte teſtatur: Pſalmo
quidem

quidem ſecundo inducit Patrem ad Filium loquentem his verbis: *Dominus, dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hæc Dei Patris eſſe verba ad Filium vnigenitũ & ꝓpriũ, Paulus teſtatur ſcribens Hebræis Capite 1. De tertia verò perſona idem Dauid *Pſalmo* 50. apertè teſtatur, inquiens: *Et Spiritũ ſanctum tuum ne auferas à me.* Quid aptiùs vnquã dici potuit à Propheta? Sed & apud alium ferè ſimile teſtimonium inuenimus, quod etiam ad confirmandam noſtram ſententiam adducemus. Tres eñ perſonas vnius veri Dei Aggeus Propheta ita patefacit: *Dicit Dominus exercituum: Ego vobiſcum ſum, Verbum quod pepigi vobiſcum, et Spiritus meus erit in medio veſtri, nolite timere.* Cũ audis Dñm, Patrem intellige: Verbum

Pſalmo 2. & 50.

Aggei 2.

bum autem Dei Patris, quid aliud eſt, niſi Filius ille Dei ex Patre ab eterno natus: qui eſt in tempore de Spiritu ſancto incarnatus. Spiritus vero Dei, Spiritus ſanctus eſt, tercia in Diuinis perſona, certe aperta perſonarũ Diuinarum patefactio, nihil à Dauidis Prophetę verbis diſcrepans.

Sed & ad vlteriora teſtimonia procedendo, Danielis viſionem nõ prætermittemus, qui in ea diſtinctas tres perſonas Diuinitatis ſatis manifeſtè declarauit. *Videbã, inquit Propheta, in viſione nocturna, et ecce: Veniebat in nubibus cœli quidam, tanquã filius hominis, & vſq; ad Antiquum dierum peruenit, et in cõſpectum eius perductus eſt. Et dedit ei poteſtatem & honorem, & Regnum, vt omnes populi, tribus, & linguæ ſeruiant ei, poteſtas eius, poteſtas eterna, quæ non auferetur, et regnũ quod nõ corrũpetur.* Daniel: 7.

C Hoc lo-

Hoc loco articulũ de tribus perſonis Diuinitatis, humanaq́ꝫ natura Filij Dei, ſignanter exprimit Daniel: neceſſe eſt em̃ diſtinctas perſonas eſſe, eius qui dat & eius qui accipit. Pater enim qui hîc Antiquus dierum appellatur, dat poteſtatem eternam Filio ſuo ꝓprio, qui in carne exiſtens hunc titulum ſibi vſurpauit, vt ſit filius hominis. Dat aũt poteſtatem illi eternam, ſine initio temporis, & ſine fine. Sicut enim Filius ab eterno Patre habet quòd Filius eius eſt eternus, ita ab illo habet, quòd omnia quę ſunt Patris, eius ſunt, iuxta illud: *Pater omnia mea, tua ſunt, & tua, mea.*

Romano: 8. *Chriſtus in carne exiſtens quem titulũ ſibi vſurpauit.*

Tercia vero perſona Spiritus ſãcti erat, quæ per Danielem loquebatur: hæc enim arcana ille mi-

nime noſſet, ſi Spiritum ſanctum non haberet. Quo, S. Petro teſte, locuti ſunt Prophetæ, & ſancti Dei homines? Poſſemus multò plura teſtimonia adducere ex alijs Prophetis, videlicet, ex *Osea 1. capi. Iohelle 2. cap. Ieremia 21.* ſed quoniam piũ lectorem in ſupra allegatis ex Veteri Teſtamẽto teſtimonijs exiſtimamus eſſe cõtentũ, ad Noui Teſtamẽti lucidiora teſtimonia nos cõuertem9. *1. Petri 1.*

TESTIMONIA NOVI *TESTAMENTI, QVOD* tm̃ tres ſunt perſonæ eſſentiæ Diuinæ.

CLarius iſta myſteria panduntur in Nouo Teſtamento. Clarius Deus Pater per Filium nobis manifeſtatus eſt: õnia enim quæ

audiuit Filius à Patre nota fecit
nobis, patefecit enim nobis illum
Ioan: 13.14. suum cœlestem Patrem, qui mi-
17. sit illum, à quo exiuit, ex quo p-
cessit & venit. Ideo dicit: *Nũc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* Quis aũt Deus clarificatus sit in filio, ipse alio sermone ostendit dicens. *Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Manifestaui nomen tuum hominibus* Quare interrogas? Respondet filius ipse, *Quia (inquit) à te exiui, tu me misisti.* Pater itaq; clarificatus & manifestatus est per Filiũ suum, quem misit in mundum, ppterea,
Ioannis 3. vt õnis q credit in illum non pereat, sed habeat vitam eternam. Quoniam autem mysterij huius patefactio per Filium Dei est nobis reuelata, & per Apostolos illius

lius deſcripta & prædicata, certũ eſt apertiorem & explicatiorem eorũ doctrinã in Nouo Teſtamẽto eſſe, quàm illã in veteri: & ꝓpterea innumera ſunt teſtimonia apud Euangeliſtas, & in Apoſtolorũ ſcriptis, loquentia de Patre, Filio & Spiritu ſãcto, quę ſingula afferre in medium, longum eſſet. Adducemus aũt præcipua, ex q̃bus ſatis abundè tres perſonę Diuinitatis declarabuntur. Aſſumemus itaq; primum teſtimonium, ex Baptiſmo Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vbi diſtinctę perſonę tres oſtenduntur: Pater enim è ſublimi cœlo clara voce ſonat. *Hic eſt Filius meus dilectus.* Pater manifeſtatus in voce, cernitur Fili9 Dei in humana natura baptiſatus *Math: 3.* *Mar: 1.*

 à Io-

à Ioanne in Iordane, Spiritus sãctus vero è cœlo erumpens & in columbę specie aduolans, sese in Christũ demisit, consedit & mansit: num non satis aperta reuelatio Diuinarũ trium personarum?

Sed & secundum testimonium simile huic, est apud D. Matheũ: *Math: 28.* Cũ enim ipse Christus Baptismũ christianũ instituisset, & ipsis Apostolis hoc officium demandasset, tale illis mãdatũ baptisandi õnes gentes tradidit. *Euntes docete õnes gentes, Baptisantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. &c.* Baptismus Filij Dei Iesu Christi, quomodo patefecit nobis tres personas essentię Diuinæ, ostensum est. Baptismus eorum omnium, quibus dedit potestatẽ filios Dei fieri, & Regni Dei coheredes esse,

Verus

verus & legitimus fieri nō poteſt, niſi ſit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſic enim præcepit ipſe Filius Dei. Baptiſmus Filij Dei, ꝓpter manifeſtationē myſterij Sanctiſsimæ Trinitatis, & ꝓpter inchoationem & oſtenſionē noui Sacramenti Legis nouæ, factus eſt, Baptiſmus chriſtianus in illo myſterio perficitur.

Et nō eſt inanis inſtitutio Baptiſmi: non enim aſſumitur nomen Dei nobis manifeſtati, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in vanum in noſtro Baptiſmo, ſed ſtatim ꝓpter inuocationem & confeſsionem Dei noſtri, ipſius gratia & beneficio, abluimur & emundamur a peccatis noſtris. Vides igitur nos ablui a peccatis, nobiſq; re-

 mitti

mitti peccata in trium nōine, nē-
pe, Patris, Filij & Spiritus sancti:
Ergo hi tres sunt, ille vnus Deus,
q solus habet potestatem dimit-
tere peccata. Quod si non erunt
tres distinctę personę in vnitate
Diuina: quorsum attineret eas sic
discernere? Quorsū attineret mā-
datū vt baptisemur in trium no-
mine, Patris, & Filij, & Spiritus
sancti? Non sunt igitur nisi tres
personę essentiæ Diuinæ, & non
plures: tres enim tantum nobis
scriptura ostendit. Hanc perso-
narum trinitatem, in essentię Di-
uinę vnitate, semper docuit san-
cta Catholica Ecclesia, & nos do
cemus & credimus. Nec statuim9
ex trinitate quaternitatem, ꝑut
nos quidam maliciose & impbe
insimu-

insimulant, dicentes nos quartũ deũ statuere, essentiam: nos em̃ vt iam supra diximus, neq; personas ex substantia deriuamus, nec (vt ipsi fingunt) essentiam a personis separamus, sed vnam in tribus personis essentiam seu Deitatem agnoscimus, quę tota ex integro est in singulis personis. Docuit nos magister noster Christus dominus non tantum in superioribus locis iam ostensis, verũ & in alijs, hoc mysterium trium personarum, & non plurium: *Cùm, inquit, venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritũ veritatis, qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me.* Hîc audis tres personas, non fictas, sed veras & reales: si em̃ Filius & Pater mittunt consolatorem, Spiritũ sanctum,

Ioannis 15. 16.

ctum, iuxta illud Ioannis 16. *Si abiero mittam eum ad vos. & cæt.* ergo est distincta persona a Patre & Filio. Item: *Spiritus sanctus (teste Christo Domino) non loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit loquetur.* ergo Spiritus sanctus, est psona loquens.

Firmiter igitur credendum est, iuxta hæc scripturarum testimonia, tres esse distinctas personas in essentia Diuina, & non esse plures. Verax huius fidei testis est Filius Dei Christus, verax & Spiritus sanctus per Prophetas & Apostolos loquens & docens: Deum enim nemo discere potest, nisi Deo docente. Existimo pio Christiano hæc pauca, inter plurima Noui Testamenti testimonia ad veritatem declarandam & credendam, satisfacere: Nā si salutis

suæ cu-

ſuæ curam habet, & veritati, cu-
ius eſt ſimplex oratio, credit, cer
te plauſibilibus in ſpeciem huma
næ rationis cõmentis, tam claras
Diuinas patefactiones, necnõ or-
thodoxum omnium temporum
Eccleſię conſenſum, extorqueri
ſibi minime patietur. Nos ad vl-
teriores articulos ꝓgrediemur.

QVOD ISTÆ TRES *PERSONAE, SINT VNVS,* Verus, Deus, Iehova.

CAPVT VI.

HIC eſt fidei Chriſtianę ſcopus: vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate, credat, confiteatur & adoret, nõ cõfundendo perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparando, vt agnoſcat Deum eſſe naturam ſummè ſimpliciſsimam & immenſam, in qua

ſimplicitate,neq; gradus neq; par titiones inueſtiget. Credat Deum Patrem, Deũ Filiũ, Deum Spiritum ſanctum vt ſacrę literę docent & prædicant, vnam tamen & eandem plenam & perfectam Deitatem in ſingulis agnoſcat. Et ſi em̃ ſunt tres ꝑſonę relatę ad ſe inuicẽ & diſtinctę, tamen nõ ſunt plures Dij, ſed vnicus duntaxat verus & eternus Deus, ſeu vnica indiſtincta eſſentia. Cuius potius admirandi quã ſcrutandi myſterij fides, cùm in verbo Dei ſita eſt, ex eodem quantum poſsibile erit oſtendetur & enucleabitur.

DEVS ille IEHOVA dupliciter in ſacris literis conſideratur. Incluſiuè, & excluſiuè, ſiue cõmuniter & diſtinctè. Quãdo cõmu-

niter

niter dicitur, totam Trinitatem designat: Cõmuniter aũt de Deo scriptura dicit Deuter: 6. *Audi Israel Dominus Deus vester, Deus vnus est. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Item Esaiæ 44. Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Ego primus & nouißimus & absq; me non est DEVS. Mar: 12. Vnus est Deus, & non est alius p̃ter eum.* Habes similia testimonia in alijs multis locis, vbi Deus communiter profertur, & totam Triadem complectitur. Distinctè autem, cùm scriptura de Deo dicit, explicans qs sit ille vnus Deus, videlicet, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: Tunc quoties relationem addit & habet respectum ad Filium, Patrem vocat: Filium quoq; appellat respectu Patris, vti habes *Ioannis* 17. &

1. Corint:

1. *Corint*: 8. Ita cùm dicit *Marci* 1. *Inicium Euangelij Iesu Christi Filij Dei.* Vbiq; Filius respectu Patris dicitur, & respectu illius Patris, qui Deus est, & Deus verus. Demũ cũ Christus vocat, Deum, suum esse Patrem, vt habes *Ioannis* 8. 14. 15. *& alibi.* hoc semper dicit distincte: & hoc propter duas causas. Primò vt explicet quis sit ille Deus. Secundò habet respectum ad illos, qui negabant Christum proprium & naturalem Dei Filium esse, & non esse a Deo missum,

Romano: 8. Christus aũt Filiũ naturalem Dei se affirmat cũ dicit, non à se ipso venisse, sed se missum a Patre. *Ioannis* 5. *&* 6. & in illis verbis, cum Patrem suum dicebat Deum: æqualem se faciens Deo. Sic & Paulus 1. *Corint*: 8. dupliciter lo-

quitur

quitur de Deo: cum enim dicit *Si quis autem diligit Deum.* totam Triadem intelligit, cum verò loquitur vnum Deum eſſe Patrem ex quo omnia, mox opponit Filiũ, per quem omnia, his verbis. *Nobis tamen vnus eſt Deus Pater ille à quo omnia, & nos in ipſum. Et: Vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum.* Vides Paulum quomodo Deum explicat: quem enim primò dixit eſſe vnum, ſtatim quis ſit ille vnus a nobis diligendus declarat, quia Pater & Filius. Quoniã verò a Patre & Filio, originẽ & creationẽ õniũ rerũ eſſe dicit, nõ ſine cauſa hoc facit: Nã ſicut in veteri Teſtamento ſemp verus ille Deus Iehova a falſis gentium dijs, creatione omnium rerũ, diſcernebatur: ita & Paulus

hîc ſimili elogio Deum Patrem & Filiũ a falſis dijs diſcernit, quando particulam vniuerſalem, omnia, ſimul ad Patrem & Filiũ refert, tanquã ad vnum verum Deum. Omnia enim, hoc eſt, omnes res creatæ, ſunt ex eo, per eum, & in eo. Et ideo eadẽ Epiſtola cap: 12. terciã perſonam Spiritus ſancti dicit etiam omnia dona diuidere & operari omnia in hominibus ꝑut vult. Eſt enim illa tercia perſona in vnitate Diuina, de qua alia ſcriptura teſtatur, quòd ſit omnium artifex, õnem habens virtutem, omnia ꝑſpiciens. Sed latius & fuſius inferius Spiritum ſanctum vnà cum Patre & Filio Deum oſtendemus. Hîc tantum oſtendere voluimus ex Paulo, ꝙ ille ad

Sapien: 7.

ille ad

ille ad imitationem Christi Dñi & præceptoris sui & aliorum Apostolorum, Deum verum dupliciter in suis Epistolis explicat: Sæpè enim communiter siue inclusiue Deum pro tribus personis simul nominat. Deinde, nunc Patrem, nunc Filium, nunc Spiritũ sanctum distinctim fidelibus declarat: vt doceat Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate esse verum Deum. Ita etiam, cum ad Ephesios scribens, docet vnũ esse Deum Patrem omnium, qui est super omnia, per omnia, & in omnibus: tum & alibi Deum, esse õnia, in omnibus, nõ de Patre tm̃ intelligendum est, verùm de Patre, Filio, & Spiritu sancto simul. Quoniam Paulus particulam vniuer-

Ephesi: 4.
I. Corin: 15.
Ephesi: 4.

niuersalem, omnia, ad vnius & eiusdem naturę Diuinę operationem refert, quę est vna in Patre, Filio, & Spiritu sancto.

Sic & de particulis, EX, PER & IN, intelligere debes, quòd eas Paulus etiam ad vnius & eiusdem naturę Diuinę operationem refert, ita enim scribit ad Romanos 11.

O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quàm inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & reddetur ei? Nam EX IPSO & PER IPSVM & IN IPSO sunt omnia, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Manifestum est hîc Paulum hæc de vno subiecto enũciare, de Deo & Domino, vtrũq; enim nomen vsurpat. Siue igitur Dei & Dõini nomine, Deum Patrem, siue De-

um Fi-

um Filium intelligas, vni & eidē hæc attribuuntur: De Patre em̄ ſolo accipi hæc verba non poſſunt, nam eſſet ille non tantū autor & princeps ex quo omnia, verum etiam inſtrumentum & executor per quem omnia. Demum, ſi hîc PER principem cauſam ſignificat: cur idem bis & ter ab Apoſtolo dicitur? De Filio aūt, ſi hæc eſſent dicta, eadem ratio erit: nam non tantum erit inſtrumentū, ſed princeps, cauſa & auctor EX quo ōnia. Quod ſi idē, tres iſtę particulæ, ſignificarent hoc loco, Apoſtolum certe omniū reprehenſioni exponeremus qui voces diſtinctas & ſignificatione plurimum differentes ocioſa tautologia coniunxerit. Patet

 itaq;

itaq; de vno ſubiecto, id eſt, de vno vero Deo & Dño, qui eſt eiuſdẽ naturę & operationis, has particulas dictas eſſe.

Dubitares fortaſsis, & diceres: Si Diuinę operationes ad vnã & eandem naturam Diuinam pertinent, Patris, Filij & Spiritus ſancti: cur ſcriptura, vel ipſe Paulus non iſdem vtitur particulis? certe hæ aliquam diſtinctionem prę ſeferunt. Reſpondemus, ꝙ non õnem diſtinctionem inficiamur, immo dicimus ſcripturam teſtari aperte, alium eſſe Filium à Patre, quia Pater ſemper Pater eſt, Filius autem ſemper Filius. Item. Alium Spiritũ ſanctũ, à Patre & Filio, ſicut ipſe Chriſtus teſtatur:
Ioannis 14. *Rogabo Patrem, & alium Paracletũ dabit vobis.* Sed eam diſtinctionem, ſeu

potius

potius diuiſionem impugnamus, quę naturę inæqualitatem & diuerſitatem inuehit. Perſonę igitur in particulis diſtinguũtur, ordo autem diuinarum operationũ indicatur: Filius enim omnia facit quę Pater agit, ſic & Spiritus ſanctus, quę Pater & Filius, idq́ꝫ æquali potentia. *Nam quæcunqꝫ Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit. Item: Pater meus vſqꝫ modo operatur, & ego operor.* Spiritus autem ſanctus cũ ſit Patris & Filij Spiritus, etiam cũ Patre & Filio operatur, ipſe enĩ renouat faciem terrę: Et: Ab ipſo eſt omnis virtus operum. Quoniam vero Pater fons eſt õnium diuinarum actionum, recte Filius omnia opera ſua ad illum tanquam principium refert. Itaqꝫ & ſi ꝓpria virtute operatur vt

Ioannis 5.
Pſalmo 103
Pſalmo 32.

 Pater,

Pater, tamen per illum Pater facere dicitur, quoniam agit præeunte Patris voluntate, non quidem tempore, ſed perſonarũ ordine. Sed quoniam de æqualitate Diuinarum operationum plura inferius oſtendentur: nunc ad ampliorem declarationem vnius veri Dei in trinitate, ſcripturas adducemus. Patrem itaq; Filiũ, & Spiritum ſanctum, vnum eſſe Deũ Iehouam, declarat ſcriptura multis modis, videlicet, vnitate diuinitatis, æqualitate operationis, cultu, & æqualibus attributis. Vnitatem autem Diuinitatis oſtendit ſcriptura ſancta in tribus perſonis, cum æquè Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, Deum Iehouam appellat. De Patre

Oſtenditur quot modis ſcriptura vnum eſſe Deũ in trinitate declarat.

qꝫ ſit

ꝙ ſit vnus Deus ille Iehouah, nulla eſt controuerſia. Quod autem ſcriptura Iehouam Filiũ Dei nominet æquè vt & Patrem ipſum, ita declaramus.):( ):(

LOGOS FILIVS DEI *CHRISTVS, EST IEHO-*VAH EXERCITVVM.

PAſsim apud Prophetas, vbi deſcribitur liberatio fideliũ, Filius Dei, ſaluator & redemptor eorum, ꝗ eſt Chriſtus dominus, IAH, ſine IEHOVAH nominatur. At in Hebræa lingua multa ꝗdem ſunt Dei nomina, quę etiam hominibus communicãtur, vt Eloim & Adonai: nomen autẽ Iah, ſiue Iehouah inter omnia, vt maximè Deo ꝓprium, tantũmodo Deo vero tribuitur. Nomina-

tur itaq; Filius Dei Iehouah in
Eſaiæ 35. Prophetis. Et primo apud Eſaiã.

Perdet, inquit Eſaias, mortem in ſempiternum, & abſterget Dominus Iehouah lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet ab vniuerſa terra, quia Iehouah locutus eſt. Et dicet populus in die illa: Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum & ſeruabit nos; iſte Iehouah, Expectauimus eũ, exultabimus & lætabimur in ſalute eius.

Quòd iſta verba de Iehoua Filio dicta ſunt, ex ſcripturis Noui Teſtamenti manifeſtum eſt: ille enĩ perdidit mortem, teſtis eſt Paulus 1. *Corint*: 15. Abſtergit lachrymam ab oculis ſuorum, teſtatur Ioannes *in Apocalipſi capit*: 21.

Habes & ſecundũ locum, Chriſtum dici Iehouah, apud eundem Eſaiam capite 40. his verbis. *Vox clamantis in deſerto, parate viam Iehouæ, rectã facite in ſolitudine viã Dei noſtri. Reuelabitur gloria Iehouæ, et videbit õnis ca-*

ro pariter

ro pariter q̃ os Iehouæ locutũ est. Dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester, ecce Dominus Iehouah in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. &c. Redemptionẽ per Messiam factã Propheta denuncians, Redemptorem nostrũ, Deũ & Iehouam appellat. Quod vt credamus, declarant nobis Euangelistarum scripta, in quibus legimus, vocem clamantẽ in deserto fuisse Ioannem Baptistam præcursorẽ Christi: quare Christus Iehoua est, cuius viam ille repurgare iussit: & in ipso Christo reuelata est gloria Iehouę, quoniam ipse est Deus noster, & seruator noster, iudex iustus, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius. Pastor, ab eodem Propheta prædictus, quoniam dedit animã suam p ouibus suis. Hunc nostrũ

Mathei 3.
Mnrci 1.
Lucæ 3.
Ioannis 1.

Apoca:22.

Ioannis 10.

redemptorē verū Filiū Dei & Ie-
remias Iehouā appellat, cū dicit.
Esa: 4. 45. *Ecce dies veniunt dicit Iehouah, & suscita-*
Iere. 23. 33. *bo Dauidi germen iustum: & regnabit rex*
Danielis 9. *& prospere aget, & faciet iudicium & iu-*
Ioannis 1. *stitiam in terra. Et hoc est nomen quod voca-*
bunt eum, Iehouah iustitia nostra. Quid
potest dici clarius à Propheta? nonne Christus Dñinus saluator noster nō est germen Dauidis secundum carnem?. Hoc germen Dauidis Propheta ostendit non alio nomine appellari, nisi nōine Iehouah: & non tantū in hoc loco, sed repetit iterū hæc ferè verba in capite 33. vt doceat iustum nostrum, & iustitiam nostrā esse verum Iehouam. Apparet & ex
Ioellis 2. testimonio Iohellis Prophetæ, Dei Filium esse verum Iehouam, q misit Apostolis Spiritum sanctum:

ctum: ſic enim dicit Dominus p
Iohellem. *Ego Iehoua Deus veſter, effundam Spiritum meũ ſuper omnem carnem, et prophetabũt filij veſtri et filiæ veſtræ. &c.* *Acto: 2.*
Quod aũt ipſe Filius Dei Chriſtus Dñs, vt verus Iehouah, miſit Spiritum ſanctum, apparet ex illius verbis apud Ioann: cũ dicit. *Cũ venerit Paracletus quem ego mittã vobis.* *Ioannis 14.*
Patet itaq; Chriſtum eſſe illũ Ie-houã, q effudit Spiritũ ſanctũ in filios Iſrael, hoc eſt, in Apoſtolos.

Concludimus itaq;. *Quicunq; literaliter, proprijſſimè, & ſine vlla figura, in ſacris literis vocatur Iehoua, illum eſſe eternum natura Deum neceſſe eſt. Filius λόγος, literaliter & proprijſſimè vocatur in ſacris literis Iehouah. Ergo eſt ille natura eternus Deus. Minor probatur ex ſuperius allegatis ſcripturis, probatur & ex Pſalmo 146. vbi dicit Iehouam aperire oculos cæcorum: cum vero ſolus Chriſtus id fecerit, ſequitur eſſe Chriſtum IEHOVam illum, & conſequenter eternum Deum.*

Iterum sic argumentor.

Si Filius Dei est IEHouah, (prout est vt ex scripturis docuimus) aut est idem IEHouah, qui est Pater vnus & solus Deus, aut alius. Alius esse non potest, quia essent duo dij. Ergo Filius Dei ille est vnus Iehouah, qui est Pater. Planè itaq; & absq; õni dubitatione credendũ est, Patrem, Filium & Spiritum sanctũ, vnũ esse Deum omnipotentem, eternum, incõmutabilem, qui in scripturis IEHOVA dicitur. Et quicqd est Pater, eo ꝙ Deus est, ꝙ substãtia est, ꝙ eternitas est, hoc Filius, hoc & Spiritus sanctus est. Ita etiam & Filius, eo ꝙ Deus est, ꝙ substantia est, ꝙ eternitas est, hoc Pater est, hoc Spiritus sanctus est. Ita quicqd Spiritus sanctus est, quod Deus est, ꝙ substantia est, ꝙ eternitas est, hoc Pater est, hoc & Filius. Æquè em̃ Spiritus

Alcui: lib. 1. de Trini: capit: 3. ad Imperatorẽ Carolum.

ritus ſanctus IEHOVAH dicitur in ſacris ſcripturis, ſicut Pater & Filius, put hoc oſtendemus inferius, vt firma maneat veritas, Deũ verum eſſe trinum & vnum.

Logos itaq;, id eſt, verus Filius Dei eſt IEHOVAH, vnus cũ Patre Deus natura & eſſentia. Ad diſtinctionem aũt realem perſonarum, in hac vnitate Diuina, notãdum eſt hoc argumentum. *Filius Dei eſt IEhouah; aut ergo eſt IEhoua genit9, aut ingenitus. Non ingenitus, quia eſſet Pater. Ergo erit IEhouah de IEhoua ab eterno genitus.* & huc iã ſpectat Pſalmus 2. & 110. vbi IEHOVA Dño loqtur, *Dixit Dominus Domino meo. &c.* Quod aũt Pſalmus loquatur de Filij Dei Chriſti diuinitate, teſtis Chriſtus ipſe eſt *Mathei* 22. Oſtẽdimus Filium Dei propter vnitatem Diuinitatis

nitatis esse IEHOVAM. Idem oportet nos ostendere & de Spiritu sancto.

SPIRITVS SANCTVS *VOCATVR IN SCRIPTVRIS* IEHOVAH. & est.

SPIRitum sanctum in scripturis IEHOVAH nominari ꝑmiscuè in õnibus Prophetarũ scriptis inuenies, verũ breuitatis gratia, ad confirmandam veritatem adducã aliquot loca ex sacris literis, existimans illa fideli Christiano ad fidem veram & catholicam satis factura. Ezechiel Propheta, visionem suam declarans, quę erat similitudinis glorię IEHOUÆ, dicit se audiuisse vocẽ loquentis ad se, vt stet super pedes suos, ceciderat enim in faciem suam.

Ezechiel:2

am. Vlterius autem dicit. *Et ingressus est in me Spiritus, postquam locutus est mihi, statuitq; me super pedes meos, & audiui loquentem ad me: Dixitq; mihi. Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes rebelles, qui sunt duri facie, duri corde, ad quos ego mitto te, dicesq; ad eos: Sic dicit Dominus IEHOVAH.* Vides hìc aperte Spiritum sanctum Iehouah nominari: Spiritus enim sanctus primùm statuit Prophetam sup pedes, loquitur ad illum, mittit illum ad gentem duram & rebellẽ, dicit q̄ rebellauerunt contra illũ Iudei & patres eorũ, & mandans vt deferat illis verba ipsius, vtq; illa suscipiant, non ab alio quopiã, sed à Deo IEHOVAH: hoc illis insinuat dicens. *Sic dicit Dñus IEHOVAH.* ac si diceret: Sic dicit Spiritus sanctus, qui loquitur in me. Secundus locus similis est apud

eundem

eundem Ezechielem, vbi Spiritus ſanctus IEHOVAH nominatur, verba Prophetę ſunt hæc. *Cecidit ſuper me Spūs IEHouæ, & dixit ad me. Dic: Hæc dicit IEHouah.* Ecce q iuſsit Prophetam loqui ad filios Iſrael, non alius erat niſi IEhouah. *Spiritus ſanctus iuſsit Prophetā loqui ad filios Iſrael (vt patet in textu) ergo Spūs ſanctus eſt Iehouah, qui locutus eſt per Prophetam.*

Ezechi: 11.

Tertius locus ſcripturæ, Spiritū ſanctum declarās apertè IEhouā eſſe, hoc eſt, verum Deum, vnum cum Patre & Filio in eſſentia, eſt 2. *Samuel*: 23. Dauid eñ in nouiſsimis verbis ſuis laudans Deum, & beneficia illius in ſe, & domū ſuā, declarans, apertè teſtatur Spiritū Iehouę eſſe verum Deum, & per conſequens verum Iehouam, & hoc cum dicit: *Spiritus IEHOVÆH*

locutus

locutus est per me, & sermo eius factus est per linguam meam. Et vltrà: Dixit Deus Israel mihi: Locutus est fortis Israelis. &c. vide hìc aperte Spiritum sanctũ Iehouam & Deum Israelis à Propheta nominari. Quid vltrà cupis? non satis habes in tam apertis testimoniis? Quod si tibi supra allegatę scripturę non satis faciunt: afferam tibi adhuc tam apta & manifesta testimonia: vt si tantum illa habueris, sufficerent tibi ad credendum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse verum & vnum Deum Iehouam.

Primum aũt testimoniũ est apud Esaiam cap: 6. sic enim ibi dicit Propheta. *Anno quo mortuus est rex Osias, vidi Iehouam sedentem super solium excelsum & eleuatum, & fimbriæ eius replebant templũ, Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, et sex alæ alteri &c. Et infra:*

 Et au-

Et audiui vocem Iehouæ dicentis : Quem mittam, & quis ibit nobis ? tunc dixi : Ecce ego Domine. Et dixit : Vade & dic populo huic. Auditu audietis & nolite intelligere. Et vltrà : Excœca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude : ne fortè videant oculis suis & auribus suis audiant, & corde suo intelligant & conuertantur, et sanem eũ. Hîc de DEO Iehouah Propheta loquitur, cuius maiestatem vidit, videns timuit, timens væ clamauit : causam clamoris & timoris sui non aliam esse dicens, nisi ꝙ Regem Iehouã exercituũ viderunt oculi eius. Interrogentur itaq; scripturæ, num iste Rex Iehoua EXERCITUUM, Pater tantũ fuit, an simul Pater, Filius, & Spiritus sanctus? Certe manifestè ostendent non Patris tm̃ personã intelligi, quã vidit Propheta, sed õnium trium personarum. Quòd

enim

enim Pater apparuerit, quis dubitat? Quòd vero apparuerit simul cũ Patre Filius λογος, qui natus est postea ex virgine, satis declarat Ioãnes Euangelista in hæc verba. *Multa signa edidit coram Iudæis* Ioannis 12.
Iesus & nõ crediderunt in eum, vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Do- Esaiæ 6.
mine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea nõ poterant credere, quia iterum dixit Isaias. Excœcauit cor populi huius, & callum obduxit cordi eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde & conuertantur, & sanet eos. Hæc (inquit Ioannes) dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, hoc est Christi, cui noluerunt credere Iudæi, & locutus est de eo. Nõ hîc dicit Euangelista, quando vidit gloriã Patris, & locutus est de Patre, sed mere totã illam visionem, totam illam gloriam ad λογος Filium Dei Iesum Christũ, nobis fidelibus ex virgine natum,

 reffert.

reffert. λογος itaq; Filius Dei est il le Iehouah EXERCITUUM, quem vidit Isaias. Quoniã vero non tm̃ Pater & Filius, sed & Spiritus sanctus est Iehouah EXERCITUUM, quẽ cũ Patre & Filio coniunctim vidit Isaias: testis est Paulus Actorũ 28. vbi enim Propheta dicit: *Audiui vocem Iehouæ*: illius quem vidit super soliũ excelsũ in templo. *Iterũ: Et dixit. Vade & dic populo &c.* Paulus Apostolus hunc Iehouam EXERCITUUM interpretatur fuisse Spiritum sanctum: dicens ROMÆ ad Iudæos contradicentes sibi.

Actor:28. *Sanè benè Spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetã ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic. Auditu audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non cernetis. &c.* Vera itaq; est assertio nostra, quoniam ex visione Isaiæ, quã per scripturas in-

terpre-

terpretati ſumus, ſatis eſt decla-
rata. Demum manifeſtum eſt,
ex ſcripturis Prophetarũ, Deum
Iehouam p Prophetas locutum
eſſe: oſtendunt hoc illa eorũ ver
ba, à quibus exordia prædicatio-
nis ſuę inchoabant, dicentes. *Hæc* *Baruch 2.*
dicit Iehouah. Sic dicit Iehouah. Locutus eſt *Iſaiæ 1. et 7.*
aũt Iehouah. Audiam quid loquatur in me *Pſalmo 85.*
Iehouah. Quoniam IEHoua locutus eſt.
Si aũt vis ſcire, quis iſte Iehoua
fuerit, qui per Prophetas locutus
eſt, Petrus Apoſtolus, & ꝓtomar
tyr Stephanus te edocebunt. Pe-
trus enim in Epiſtola docet, non *2. Petri 1.*
voluntate humana allatã eſſe ꝓ-
phetiam, ſed Prophetas Spiritu
ſancto inſpiratos locutos fuiſſe.
Prophetę igitur inſtrumenta fu-
erunt Spiritus ſancti p quos locu
tus eſt, quem illi in ſe loquentem

 Ieho-

Iehouam appellabant. Sed quoniam nuncios ipsius illi ad quos missi erant persecuti sunt, Iudæi videlicet, alios occidentes, & alios à se expellentes ne eos audiant: Sancti Prophetę multoties contra illos nõine Iehouæ conquæsti sunt, ꝙ Iehouam per ipsos

4. Reg. 17. Esaiæ 66. Ieremiæ 7.

loquentem audire noluerunt, illiq; restiterũt. Declarat autem S. Stephanus qs iste Iehoua fuerit, quem in Prophetis Iudæi persequebantur, dicens ad illos. *Duri ceruice, & incircumcisi cordibus et auribus:*

Actorũ 7.

Vos semper Spiritui sancto restitistis. Quẽ Prophetarũ nõ sunt persecuti patres vestri? Apparet itaq; manifestè, Spiritũ sanctũ Iehouam illum fuisse, quẽ Iudæi in Prophetis ꝑsecuti sunt: qui, vt Niceni concilij Patres testantur, locutus est ꝑ Prophetas.

Est ergo

Est ergo Iehoua Deus ille Exercituũ Spiritus sanctus, & hoc re essentia Diuina vnus cũ Patre & Filio Deus.

Quoniam verò Iehouah Exercituum Spiritus sanctus non est ingenitus neq; genitus: nõ est enim Pater neq; Filius, ergo est Iehouah ex Patre & Filio procedens. Et hùc spectant scripturę quę testificantur à Patre & Filio Spiritum sanctũ ꝓcedere: Quæ quoniã inferiùs copiosę ꝑ nos adducẽtur & ostendentur, nunc ad aliam declarationem vnitatis Diuinę naturæ, in tribus ꝑsonis distinctis, oportet nos descendere. Ostendimus superius tres personas Diuinas esse vnũ Iehouam Exercituũ, & ꝑ consequens vnũ esse Deũ: Ostendemus & cõfirmabimus doctrinam hanc esse veram, omniũ triũ ꝑsonarũ æqualitate operationis.

PATRIS, FILII, & SPIRITVS SANCTI SVNT æquales operationes.

CAPVT VII.

AVGuſtinus Eccleſiæ ſanctæ Catholicę Doctor eximius, hāc Regulam veram de operibus S. Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus ſancti, fidelibus tradidit credendam: quòd opera S. Trinitatis ad extra in creaturis ſunt indiuiſa, hoc eſt, nō eſt facienda ꝑſonarū diuiſio ſeu diſtinctio iuxta opera quę faciūt in creaturis: nec ſingulis ſingula opera extra Diuinitatem ſunt aſsignanda. Nā ſi vni alicui ꝑſonę Diuinitatis ſeorſim aliquod opus ab extra (vt vocant) in rebus conditis tribuitur, quod non ſimul & reliquarū opus eſſe intelligatur, iam diſtra-

cta &

cta & diuulſa eſſet illa ſimplicisſi
ma, & arctisſima vnitas Diuinita-
tis, & p̃ vno Deo tres dij condi-
tores fingerentur, quod falſum &
impium eſt. Rurſus ſi intra ipſam
Diuinitatem (vt ſic loquamur) &
extra, ſeu ſupra creaturas, nõ di-
ſcernas ſingulas perſonas, ſingu-
lis ſuis ceu ꝓprietatibus non cõ-
municandis cum reliquis, iam p-
ſonas confudiſti, id quod ſimili-
ter falſum eſt & alienum à fide.
Opereprecium itaq; eſt, vt oſten
damus indiuiſas operationes Pa-
tris, Filij & Spiritus ſancti, in cre
aturis ex ſacris ſcripturis. In om-
nibus aũt operibus Dei præcipu
um eſt, creatio amplisſimi mũdi
huius & omnium creaturarum.
Demum omniũ rerum creatarũ

conseruatio & gubernatio. Videamus itaq; & reuoluamus totã scripturam sacram, certe non inuenietur à nobis alius creator, nisi DEVS omnipotens, & nõ alius Deus, nisi vnus & verus. Ideo maledicti illi Dij dicuntur à Propheta, qui non creauerunt cœlum & terram. Benedictus itaq; est ille DEVS creator cœli & terrę. qui ẽ Omnipotens, *Exodi* 15. Altissimꝰ, *Genesis* 14. Dominus cœli & terrę. *Gene:* 24. Omnium potentissimus, *Deuter:* 32. Vnus creator õnipotẽs, *Mala:* 2. *Eccle:* 1. Qui extendit cœlum sicut pellem & firmauit terrã, *Zachariæ* 12. *Psal:* 103. Dominus cœli & terrę. Rex creatarum rerum, *Iudit* 9. Creator omniũ rerũ terribilis & fortis, 2. *Machabeorum* 1.

Ieremiæ 10.

Esaiæ 42.

Talis

Talis itaq; Deus eſt noſter creator, gubernator & cõſeruator õnium rerum viſibilium & inuiſibilium. De quo Dauid Propheta loquitur: *DEVS autem noſter in cœlo, omnia quæcunq; voluit fecit.* *Pſalmo 101*

Quòd aũt in cœlo dicitur eſſe, ꝗ cœlum & terram implet, & vbiq; eſt, non alia cauſa eſt, niſi ꝙ ſanctis & electis ſuis non alibi niſi in cœlo præſtat ſe conſpicuũ, illicq; eo, facie ad faciem, fruuntur. *QVomodo intelligitur Deus eſſe in cœlo.*

Quòd vero iſte Deus creator, ſit Pater, Filius & Spiritus ſanctus ſimul, ex ſcripturis videamus.

De Patre ꝙ ſit creator rerum õnium nulla eſt controuerſia, imo affirmatur ſolum tm̃ Patrem eſſe creatorem, non tantũ per Iudæos, ſed etiam per quoſdam anti-

quos

quos Hereticos, & ſæculi huius e-
orum ſectatores. Machometani
~~enim~~ Deum creatorem omnium
rerum, Patrem non audent con-
Azoara 12 fiteri, immo Chriſtianos & Iude-
os derident, ꝙ Deũ, Patrem, au-
deant appellare: Confitentur tñ
õnipotẽtem creatorẽ rerũ õniũ,
Deum vnum, verum, iudicem fu
turum õnium hominũ, vindicem
malorũ, & retributorẽ bonorũ.
Nobis aũt oſtendendũ eſt, quòd
non tantũ Pater eſt creator, con
ſeruator & gubernator omnium
rerũ, verùm tota TRINITAS, hoc ẽ,
Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.
Quorũ enim natura eſt indiuiſa et inſeparabilis, operationes ſimiliter ſunt indiuiſæ & inſeparabiles; ſed Patris, Filij, & Spiritus ſancti natura Diuina eſt indiuiſa et inſeparabilis (vt iam oſtenſum eſt & adhuc apertius oſtendetur) ergo et operationes. etc.

FILIVS

FILIVS DEI CREATOR rerum õniũ, ergo verus DEVS.

FILius Dei λογος eiuſdem ſubſtantię cum Patre exiſtens eſt creator: Declarant hoc nobis egregia teſtimonia ſacrę ſcripturę veteris & Noui teſtamenti. Pſalmus enim 101. creationem cœli & terrę declarãs, loqtur ad Deũ. *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli.* Hanc ꝓphetiam Dauidis ad Filiũ Dei λογος pertinere apertè teſtatur Paulus Apoſtolus ſcribens ad Hebræos: cùm enim Filium Dei eſſe ſplendorem gloriæ, & caracterem ꝑſonæ Patris oſtendiſſet, affirmat etiam ꝙ per eum fecit & ſæcula. Ne aũt quis intelligat Patrem per Filium ſicut ꝑ inſtrumentum om- *Hebræo: 1.*

nia

nia fecisse: statim Apostolus hoc diluit testimonio Dauidis pphetæ, affirmans Filium Dei esse illū Deum, q creauit cœlū & terrā. *Tu Fili Dei in initio terram fundasti, & opera manuum tuarū sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis. &c.* Quare Filius permanebit in eternum Paule? *Quoniā tronus tuus Deus in sæculū sæculi.* Vides hîc, ex Pauli testimonio, Filium Dei esse verum Deum creatorem, cuius tronus est in sæculum sæculi. Ioannes Euangelista j. capite, declarat Filium λογος omnium rerum esse creatorem, cum dicit: *Deus erat λογος, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Cui attestatur Paulus *Colloss*: 1. loquens de Filio Dei: *Ille (inquit) est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, p cum condita sunt omnia quæ in cœlis sunt, &*

quæ in

quæ in terra, siue troni, siue dõinationes. etc. omnia per eum et in eo sunt condita. Item ad Hebræos 1. Multifariè multisq; modis olim Deus loquens in Prophetis, nouissimè locutus est nobis in Filio. etc. p̄ quẽ fecit et sæcula. Demum, ad õne genus operum Dei pertinet, quod indefinitè a Christo dictum est apud Ioannẽ: *Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Et iterũ: Quæcunq; Pater facit, hæc & Filius similiter facit.* Patet itaq; ex supra allegatis scripturis Filiũ Dei creatorem esse. Quòd autem est nõ tantum creator, verum & conseruator omnium rerum, testis est idem Paulus *Coloss: 1. Christus ipse est ante omnia, & omnia per eũ consistunt.* Et ad Hebr: 1. dicit illum õnia portare verbo virtutis suæ. Dat D. Petrus rationem *Acto:10. Quoniam ipse est DOMinus omnium.* Sed diceres: Ostẽdisti ex Paulo,

Ioannis 8.

Filius Dei non tantum creator, verum et conseruator.

Filium

Filium Dei directè creatorē nō esse, sed instrumentum creatiōis: Dicit enim Paulus ꝙ per ipsum Pater fecit & sæcula, & ꝙ omnia ꝑ eum facta sunt: Filius itaqꝫ instrumentum Dei est in creando, non ipse creator. Respondemus: Argumentum hoc niti falsę hipotesi veterum Arianorum, q hanc particulā PER contendebant causam instrumentalem significare: nos autem paulò superius ostendimus illam ꝑtinere ad vnius Diuinę operatiōis naturam. Quod vt apertius ostendatur, declaramus præpositionem istam non tantum de Filio, sed etiam de Patre vsurpari in scripturis.

1. Corint: 1. Fidelis Deus per quē vocati estis in consortium Filij ipsius.

Paulus

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ꝑ voluntatem Dei. 1. 2. Cor: 1.

Itaqꝫ iam non es ſeruus ſed filius, ꝙ ſi filius, & hæres per Deum. Romano: 6.

Quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis ꝑ gloriã Patris. Gallat: 4.

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, non ab hominibus, neqꝫ per hominem, ſed ꝑ Ieſum Chriſtum & Deum Patrem. Gallat: 1.

Cum igitur Deum Patrem non poſſunt dicere inſtrumentalem cauſam, neqꝫ hanc particulã dicere poterunt ſemper inſtrumentũ denotare. Quod ſi excipiant PER cum de Patre dicitur, ſignificare per illum vt autorem, cum de Filio, vt per inſtrumentum aliquid eſſe factum: probent nobis hanc diſtinctionem, nam eam probare

 non

non poterunt ex ſcripturis, quæ promiſcuè vtuntur his particulis: vt copioſe à Baſilio & Hilario oſtenditur, ſed potius ex diſtinctione naturę & operum, quam ſibi fingunt, particulas etiam ſuo arbitratu diſtinguere conantur.

Baſil: libro de Spiritu ſancto.
Hilarius li. 8. de Trini.

Particula itaq́, PER quem, quoniã Patri & Filio æquè aſſcribitur, eiuſdem naturę Diuinę æqualem operationem ſignificat, perſonas quidem diſtinguit & ordinē Diuinarum operationũ oſtendit, ſed vnum idemq́ demonſtrat per Chriſtum eſſe & ex Deo eſſe, vtrũq́ enim eſt opus virtutis eiuſdem. Nã Paulus vſus eſt quibuſdã proprietatibus verborum, qbus neq́ duos Deos intelligeretur ſignificare, neq́ vnicum: dum & v-

nio-

nionem detestatur, nec separat vnitatem: & ideo licet non singularem cōstitueret in potestate virtutis, nō tñ diuersum demōstrare voluit in efficientię potestate. Ostēdimus præpositionem PER, in Diuinis operationibus non semper causam instrumentalem significare, vt manifestum fiat, potentiam Filij in creando eandē cum Patre ab eterno fuisse, & ita propriam illi esse sicuti Patri, quatenus vnus & idem Deus est cū eo. Sūmatim ergo dico Christum respectu vnitatis Diuinę, esse illum vnum Deum creatorē. Et ideo in scripturis de Deo & Christo Dei Filio vnꝰ sermo prædicatur: Ostenditur hoc ex verbis Esaiæ Prophetæ, Ioannis Euangelistæ *Esa: 43. 45.*

 in Euan-

Apoca: 4. in Euangelio & in Apocalipsi, &
& 22. ex ipsius Pauli DOCtoris gẽtium.
Apud Esaiam enim dicitur: *Ego sum Iehouah, principium et finis, antequam dies esset, ego sum. Ecce seruire me fecisti in peccatis tuis.* Quòd aũt idẽ sermo Prophetę de Christo sit, probatur primò Christi ipsius testimo-
Ioannis 8. nio apud Ioannẽ, vbi ipse se dicit esse principium: probatur iterũ
Apoca: 1. ex Apocalipsi, vbi de Christo lo
& 22. quens Ioannes, dicit: Quòd ille est principium & finis. *Quoniã vero Christus est Alpha & O. principium et finis, ergo ante eũ non fuit Deus, nec erit post eum; ita enim est & erit verè principium et finis, aliter enim non esset.* Quòd autẽ Isaiæ verba de Christo ipso intelligi debeant, apertè declarãt ista sequentia; *Seruire me fecisti in peccatis tuis.* In peccatis nostris non seruiuit Pater, nõ factus est Pater ma-

ledictum,

ledictum, ſed Chriſtus Patris Filius aſſumens humanam naturam ſeruiuit, & factus ẽ maledictum. Apparet itaq; de Deo & Chriſto λογος in ſcripturis eundem ſermonem eſſe, & hoc ideo: quoniam actu reali Filius in Patre & Pater in Filio exiſtens, *Ioannis* 1. 8. & 12. ſunt vnus Deus, & vnus creator: nunquam enim Filius erat ſolus, ſed ſemper Pater cum illo. Ideo Paulus Apoſtolus Ieſum Chriſtũ Filiũ nõ erubeſcit appellare Patrem, ſcribens ad Theſſaloniceñ: *Ipſe vero Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui dilexit nos, conſoletur corda noſtra, & ſtabiliat nos in omni ſermone & opere bono.* Paulus Ieſum Chriſtum, vocat & Deum & Patrem, vt oſtendat vnitatem eſſentię diuinę vnam eſſe in Patre & *2. Teſſa: 2.*

 Filio,

Filio, ꝑut iã ſupius oſtendimus. Vera ergo eſt noſtra doctrina, ꝙ de Patre & Filio, ſiue de Chriſto & Deo, vnus ſermo in ſcripturis prædicatur: Ideo Chriſtus Dñs dicit ſe in Patre eſſe, & Patrẽ in ſe, non prædeſtinatione, nõ imaginatione, non qualitate, ſed

Ioannis 10. identitate naturæ: & huc ſpectat illud dictũ Chriſti. *Ego et Pater vnũ ſumus.* id eſt, potentia & identitate naturæ, ſecundum quam dicitur à Paulo neq; initium dierum neq;

Hebræo: 7. finem habere. Filius itaq; Dei λογος, vnà cum Patre ſuo eſt creator rerum õnium: nõ tantũ vero creator, verũ etiam vt Paulus loquitur

Hebræo: 2. ꝑpter ſeipſum õnia moderatur. Cõcludimus itaq; Filiũ Dei eſſe creatorem hoc Argumento. *Qui conſeruator & ſuſtentator eſt rerũ cre-*

atarum

atarũm, & moderatur omnia, idem est cœli & terræ creator: sed Filius Dei λογος est conseruator & sustentator rerum omniũ, & moderatur omnia, Coloss: 1. Hebr: 1. & 2. ergo est creator cœli & terræ. Quoniã vero est creator, iustè illũ scriptura appellat IEHOVAM, id est, Dominũ, Deum magnũ, Deum fortem, Deum benedictum.

CHRISTVS IN SCRIPTVRIS APPELLATVR DEVS definitè & absolutè. & verè est.

OSTendimus anteà DEOS maledictos dici à Propheta, q nihil creauerũt. Quoniã vero volumus ostendere Christũ Dei Filium nominari in sacris literis, DEVM, & Deum verum, benedictũ & fortem: ideo prius declarauimus eum esse IEHOVAM, creatorem, conseruatorem, sustentatorem & moderatorem omniũ

rerum creatarum. Cauſa eſt. *Quoniam quicunq; eſt IEHouah creator, ille eſt verus & propriiſsimè Deus: ſed Chriſtũ ſcriptura dicit eſſe IEHouam et creatorem, erit itaq; propriiſsimè Deus.* Propriiſsimè dico, nõ cõmunicatione Diuinitatis à Patre, vt noui Ariani dicunt & docent, ſed vna cũ Patre Diuinitate. Si enim Filius alienam à Patre Diuinitatem haberet, idolum eſſet: ſed quia eandẽ in ſe cum õni plenitudine habet, ob id verus eſt Deus. Ideo Paulus illorum doctrinã, q docent Christum tm̃ eſſe Deum ꝓpter plenitudinem Diuinitatis in illo inhabitantem, & qa conceptus eſt de Spiritu ſancto, refutat in primo capite ad Hebræos, ꝓbans illum primò eternum Filium, per quẽ fecit & ſæcula, necnõ primogeni-

Propriè dicitur Deus.

tum Pa-

tum Patris illum appellans. Vocabulum autē, primogenitus, in ſcriptura dupliciter ſumitur: Dicitur enim Filius Dei primogenitus quatenus eſt ab eterno genitus, & ideo dicitur primogenitus ōnium creaturarum, dicitur eſſe ante ōnes creaturas, dicitur eſſe in principio, q erat, q eſt, & q venturus eſt, & omnia per ipſum, & ꝑpter eū creata eſſe. *Coloſſ*: I. *Ioannis* I. *Apoca*: I. Accipitur ſecundò primogenitus pro capite, & primas tenente in omnibus operib9 Dei, veluti cum dicit: Primogenitus ex mortuis, id eſt, cauſa reſurrectionis & ſaluationis. Quod vero dicit Paulus illum introductū eſſe in orbem: explicat Pſalmus 40. dicēs. *Corpus aūt aptaſti mihi.*

Esaiæ 53. *Et Esaias. Ecce Deus ipse veniet (id est in carne) & saluabit nos. Et 1. Thimo: 3. Deus manifestatus in carne.* id est, Filius Dei ab eterno genitus assumpsit carnem. Vides itaq; quomodo Paulus ꝑbat illum esse eternum Filium Dei Patris. Quoniã verò Deus Pater non generat nisi sibi similem Deum Filium, ideo idẽ Paulus eundem Filium ꝑbat esse verum Deum & creatorẽ, dicens: *Tu DOMine terram fundasti. & cæt.* Ecce quicqd Pater habet cõtulit eterna gñratiõe Filio, qa dicitur:

Ioannis 16. *Omnia mea, tua sunt, & tua, mea.*

CHRistus quomodo est Deus. Christus itaq; non est Deus ratione cõmunicationis Diuinę naturæ, sed natura: habet enim Diuinitatem naturaliter. Quoniã vero non possunt esse plures Diuinitates, esset enim pluralitas Deorũ, Christum λογος vna & eadẽ Di-

uinitate Deum eſſe cũ Patre ne-
ceſſe erit, ꝑpter quã, & IEhouah
vt Pater, & creator, & eternus,
necnon definite ac abſolute DE-
VS nominatur. Dixi aũt Fili
um Dei λογος definitè & abſolutè
Deum in ſcripturis nominari, vt
oſtendam diſcrimen, Filij Dei, à
cæteris, quibus hoc nomen datur
cum aliquo tali adiuncto, & ideo
appellantur DIJ, non natura, vt
Dei Filius, ſed imꝓpriè & vſur-
patiuè, cum tali additamento &
ſignificatione per quam oſtendũ
tur non eſſe DIJ. Ideo Dauid ido
la deos quidem appellat, ſed de-
os gentium: gentes aũt Deũ ve-
rum neſcierunt, ergo non habue-
runt Deum verum. Alienos itaq;
deos habuerũt à Deo vero, & ꝓ-
pterea

pterea vocantur ꝑ eundem Dauī
dem idola Demoniorum. Mo-
ises quoqꝫ homo Dei existens ap
pellatus est Deus Pharaonis: at à
Prophetis nunquã vocatur De-
us, sed fidelis famulus & seruus
Dei, nũquã appellatur Iehouah,
quoniam homo erat, non Deus.
Ideo Prophetę & Apostoli nemi
nem alium Deum nominauerũt,
neminem Iehouah appellauerũt
præter verum & solum Deum.
Non ea itaqꝫ ratione IESVS Chri
stus Filius Dei vnigenitus dicitur
Deus vt Moises, sed dicitur abso-
lutè & definitè: probo hoc esse
verum autoritatibus S. scripturę
NOVI & veteris TESTAMENTI. Inpri
mis vero in medium affero Cap:
Ioan: Euangelistę I. in testimoni
um, ꝙ Filius Dei λογος est Deus.

In principio erat sermo ille, & sermo ille erat apud Deum, eratque ille sermo Deus. Ioannis 20. Cùm Christus post resurrectionē à mortuis discipulis apparuisset, & Thomæ se non modo videndum, sed tangendum quoque præbuisset, ait & Thomas: Dominus meus & Deus meus. 1. Ioannis 5. Scimus Filium Dei venisse & dedisse nobis mentem vt cognoscamus illum qui verax est: & sumus in verace illo, in Filio eius Iesu Christo, hic est verus Deus & vita eterna. Romano: 9. Quorum sunt Patres & ex quibus Christus quod ad carnem attinet, qui est supra omnes Deus laudandus in sæcula. Amen. 1. Timo: 3. Et sine controuersia magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, iustificatus est in Spiritu, conspectus est ab angelis, prædicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloriam. Tit: 1. Paulus, inquit, prædicationem sibi concreditam esse ex mandato seruatoris nostri Dei. Item 2. cap: Expectantes beatam illam spem, & illustrem illū aduentum gloriæ magni illius Dei ac seruatoris nostri Iesu Christi. In Veteri quoque Testamento sæpè Messiæ tribuitur nomen Dei.

Esa: 7.

Esa: 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, et vocabitur nomẽ eius Emanuel. Esa: 9. Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, et factus ẽ principatus sup̃ humerũ eius: et vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliarius, et Deus fortis, pater eternitatis, princeps pacis. Ioannes Euangelista, Thomas, Paulus, Esaias & alij, Christum dominum, Deum, Deũ Iehouah, Deum magnum, Deũ verum, confessi sunt: quis pius æquis auribus audiet nouos istos Euangelistas illum Deum nũcupatiuum, vel beneficio factum, aut communicatione diuinitatis esse Deum? Quoniã vero deitas non cõmunicatur creaturę vt in Deũ transeat & Deus in hõinem: quo modo verus Deus erit, si non est eiusdem substantiæ cum Patre? quomodo veritas deitatis in eo manebit? Nos vero perspicuas enunci-

enũciationes Spiritus sancti per pphetas factas, præclaros Christi Apostolos, eorum scripta, doctrinam & fidem constanter imitemur, qui Filium Dei λογος nõ modo Dei Filium, sed etiam Deum, & Deo æqualem prædicauerunt, & hunc esse verum Iouam ostenderunt, quando innumera ferè Prophetarum loca de Iehouah, eius gloria, honore, veneratione, operibus, de Christo sunt interpretati. Machomet in suo Alcorano dicit, ꝙ Christus nunquam Deum se confessus est, sed Dei Prophetam & nunciũ: Hoc etiam & noui Samosetani contra Catholicos dicere solent. Nos vero Machometo & eius apostolis ita respondemus: Christus do

Philip. 2.

Azoara 13

minus

minus noſter etſi his verbis nō̃ eſt vſus, ſum Iehouah, ſum Deus: Tamen quia ſe verum vnigenitum Dei Filium & Meſsiam ſeu Chriſtum eſſe prædicauit, ſe eſſe vitā, veritatē, lucem, ſe eſſe in Patre, ſe eſſe vnum cum Patre, ſe ſolum noſſe Patrem, qui ſe videat hunc Patrem videre, ſe mittere Spiritum ſanctum, condonare peccata, dare vitam eternam, regnum Patris eſſe regnum ſuum, habere Angelos ſuos, iudicare totum mū̃dum, reſuſcitare mortuos, viuificare quos velit, & deniq; ſe facere quicquid Pater facit. Item cū̃ docet ſe eſſe adorādum, in ſe credendum, & omnino honorandū̃ ſicut Pater honoratur, cùm Dei ipſius gloria & honor præter ipſū̃

Deum

Deum nemini tribuitur. His igitur & alijs ſimilibus locis, nõ obſcure ſibi diuinitatem vẽdicabat, quod videntes Apoſtoli, diuinã naturam in illo agnouerunt: videntes enim eum verum & naturalem Dei Filium, verum natura Deum confeſsi ſunt, & glorificauerunt, ſuumq́ꝫ Deum prædicauerunt: manifeſtam eñ iſtã conſecutionem fide & prædicatione eſſe declararunt. *Eſt verus et naturalis Dei Filius, ergo eſt natura Deus. Sicut qui eſt hõinis filius, eſt verus et natura homo.* Non vulgari itaqꝫ more crediderunt & prædicauerunt Apoſtoli Filium Dei eſſe Chriſtum, nõ eo modo vt vocãtur ſãcti Filij Dei, ſed crediderunt illum eſſe naturalem Dei Patris Filium, & per conſequens verum Deum. Et nõ

tm̃ Apoſtoli ipſi, verùm & Iudæi quantumuis cœci, videbant em̃ eum alia ratione, quã cæteri adoptiui filij Deum Patrem ſuũ, nominare: apparet hoc ex Caipha Chriſtũ interrogante & adiurante, an ſit Chriſtus ille Filius Dei, cùm autem ſe confiteretur illum eſſe, Caiphas ſcidit veſtimẽta ſua clamans: blaſphemauit. Alia itaq; ratione & ipſe Caiphas intellexit Chriſtum Dei Filium ſe nõinare, quã illa: qua ſe etiam Iudæi filios Dei appellabant *Ioan*: 8. Patrem ſuum aſſerentes eſſe Deum. Separatur itaq; Chriſtus Filius Dei ab alijs, quòd ipſe natura ſit Filius Dei, cæteri adoptione. Apparet itaq; ex euidentiſsimis ſcripturis & rationibus, Filiũ Dei

ex vir-

ex virgine natũ, eſſe natura Dei
Patris Filium, & verum Deum:
& ideo non mirum ſi tot miracu
lis ſe Deum patefecit, facere em̃
opera Dei nõ poteſt conuenire
creaturæ, niſi Deo: Chriſtus aũt
opera Patris faciebat, ergo nõ fa
ciebat vt creatura, ſed vt verus &
naturalis Filius. Et ideo Pater *Hilarius li: 7. de Trini.*
non eo modo eſt in Filio quo in
Prophetis & Apoſtolis, hoc eſt,
per virtutis efficientiam, ſed eſt ꝑ
naturæ, quę ſecundum natiuitatẽ
eſt, ꝓprietatem: quando vero ſe
dicit Patris opera facere, ſicut &
in nomine Patris venit: hæc Fi-
lij verba nõ ad efficiendi vim, ſed
ad munus & vocationem media-
toris referre oportet. Sunt &
alia multa præclara teſtimonia
G ij oſten-

ostendentia Filium Dei, Deũ esse verum, potissimùm vero ea quę ad Ecclesiam illius spectant & ꝑtinent: quod eñ vocat ministros, dat Prophetas, Apostolos & Euã gelistas. *Ephes: 4. Math: 28. Ioan: 20.* facit aũt hoc non ministerialiter sed autoritatiuè, *vt Paulus ad Corītios & Gallatas ostendit: quòd erat Apostolus per Iesum Christum & Deum Patrem.* Item ꝙ dat dona, ad ædificationem Ecclesię necessaria, vt autor, quę Sancti ipsi Christo accepta refferũt. *1. Corin: 1. Phili: 4. Ephes: 4.* Dat sapientiã cui nemo resistere potest. *Lucæ 21.* Colligit Ecclesiã, & filios Dei dispersos cõgregat. *Ioanis 10. & 1.* Mittit Spiritũ. *Luc: 24.* Autor est prophetię & Apostolicę doctrinę: quoniã ipsius Spiritu locuti sũt Prophetę. *1. Pet: 1.*

Autor

Autor Sacramentorũ. *Ioã*: 3. *Lúc*: 3.
Illuſtrat mentes agnitioue Dei.
Lucæ 24. 2. *Teſſalo*: 3. Regenerat &
ſanctificat, baptiſans Spiritu ſan-
cto, & ſanguine ſuo ſanctificans,
necnõ ſanctificatio noſtra exiſtẽs
Titum 2. *Apoca*: 1. *Hebræ*: 10. Guber-
nat actiones piorum, quia ſine il
lo nihil poſſunt facere. *Ioannis* 15.
Conſolatur in tentationibus.
Math: 12. *Ioannis* 14. Deffendit con-
tra Sathanam, diſſoluens opera
ipſius. 1. *Ioan*: 3. & abolens eum, q
mortis habet imperium. *Hebræ*: 2.
Vitam eternam dat credentibus,
& õnibus ſuis. *Ioan*: 16. & 10. Con
donat peccata & iuſtificat. *Mat*: 9.
1. *Ioan*: 1. *Ioan*: 8. Dat de cœlo dona
hominibus. *Epheſi*: 4. In corde ho
minis habitat. 1. *Corin*: 6. *Epheſi*: 3.
Ioannis 14. & 15.

Ex damnatione & morte liberat ſuos. *Ioan*: 3. & 6. Nō dereliquit in ſe confidentes. *Ioan*: 14. *Acto*: 3. 4. 9. & 27. Inuocantibus præſtò eſt. *Ioan*: 14. *Lucæ* 23. *Acto*: 7. Eſt Dominus ſabbati. *Math*: 12. Regnum illius eſt, Regnum Dei, *Mat*: 16. 25. *Mar*: 9. *Lucæ* 9. in quo habet obedientes ſibi Angelos. *Math*: 23. & 24.

Christus non cōmunicatiōe diuinitatis, ſiue naturæ diuinæ à Patre, eſt Deus, ſed Deus de Deo genitus & verus.

Hæc omnia opera, quę ad ſolū Deum pertinent, & mere ſunt diuinæ potentiæ, cùm ſimpliciter Chriſtus operatur, vt ſcripturæ, locis iam commemoratis, apertè oſtendunt & teſtantur, Chriſtum eſſe verum Deum indicant, Patri æqualem, & eiuſdem cum eo naturæ & operationis. Et ꝑpterea quoniam verus Deus eſt, nos in illum credimus, & credendo cultu la-

tu latriæ, id eſt, ſolius Dei ꝓprio cum Angelis adoramus.

IN CHRISTVM CREDIMVS & ILLVM ADORAMVS. CAP: VIII.

FIDem ſemper concomitantur, inuocatio & adoratio. Ita enim Paulus dicit: *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ideo accedentem ad Deum oportet credere, quòd eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt.* Oportet, inquam, credere in Deum, quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo: fides aũt, quam integram creatura ſeruare debet ſuo creatori, ſicut donum Dei eſt, ita ad ipſum ſolum Deum pertinet, nam tota ſcriptura ſancta ſoli Deo fidem exhibere mandat, idololatras õnes appellãs illos, q extra Deum verũ, viuum & vnũ, *Roman: 10.* *Hebræo: 11.*

 alium

alium credunt, adorant & inuocant. Quoniam vero fides totius Ecclesię Christi vna & eadem est in Patrem & Filium, facile quisque cognoscere potest Patrem & Filium, illum vnum esse in essentia Deũ, cui soli à fidelibus fides exhibenda est. Vnã autem & eandẽ Patris & Filij esse fidem, testis ipse Christus est cum dicit: *Qui credit in me, non in me credit, sed in eũ qui misit me.* Fides itaque in Christum vna & eadem est, quę in Patrem, quod fieri nequaquam posset, si Christus non eadem diuinitate Deus esset, qua Pater est, sed quoniam vna & eadẽ diuinitate Filius Dei Christus est Deus cũ Patre, ideo non tantum fides eadem est in illum, quę & in Patrem, sed etiam honor idem illi exhiberi debetur

Ioannis 12.

& aequa-

& æqualis adoratio ſicut & Patri. Quòd hoc verum ſit, audi ipſum Saluatorem dicentem: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui miſit illum. Et propterea omnes honorificent Filiũ, ſicut honorificant Patrẽ qui miſit illũ.* Ioannis 5.
Omnes, inqt, honorificent Filiũ: vniuerſalis iſta particula ad diuinum honorem Filio Dei exhibẽdum includit non tm̃ hõines, ſed & Angelos, quoniam & illi, vt creaturę rationales, adorant Filium Dei Chriſtum, vt teſtis eſt Paul9 ad Hebræos. Sciunt enim ſe eſſe Hebræo: 1. illius creaturas & in illo conſiſtere, vt teſtis eſt idẽ Paulus ad Colloſſeñ. dicens: *Vniuerſa in cœlis & in terra in ipſo, id eſt Chriſto, et per ipſum creata ſunt, et in ipſo conſiſtunt, ſiue troni ſiue dõinationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates.* Colloſſ: 1.
Adoratur itaq; Chriſtus ab Angelis, creditur & adoratur ab vniuer

Ioan: 3. et 6. ſa Eccleſia fidelium. *Creditis (inquit Chriſtus) in DEVM, & in me credite.* Quoniam q credit in Filiũ Dei, Ioanne teſte, habet vitam eternã, qui verò non credit iam iudicatus eſt: ex fide enim in Ieſũ Chriſtum eſt noſtra iuſtitia, vt teſtatur

Gallat: 2. Paulus ſcribens Gallat: *Nos in Ieſum Chriſtũ credimus, vt iuſtificemur ex fide eius.* Ex fide itaq; qua credimus in Chriſtum habemus iuſtitiam, habemus vitam eternam. *Qui cre-*

Ioannis 11. *dit in me, dicit ipſe Dominus, etiamſi mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in eternum.* Oportet itaq; nos in illum vt in Deum verum credere, & credendo ad inſtar Angelorum illum quoq; adorare & inuocare: fides em̃ vera, vt iam dictum eſt, ſine adoratione & inuocatione eſſe non poteſt.

teſt.

test. Adorationem aūt non hono ris alicuius exhitionem intellige, sed cultum soli Deo debitum, de quo dicit scriptura: *Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruies.* Hunc cultū soli Deo ꝓpriū iubet Paulꝰ exhibere Christo scribens ad Romanos: Adorationem em̄ ab Esaia descriptam & soli Deo ꝓpriā, ad Filium Dei Christum dominum reffert, illiq́ꝫ competere dicit. *Christo (inquit) flectetur omne genu, & ōnis lingua confitebitur Deo. Et iterū: In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorū.* Christum igitur, qui, teste eodem Paulo, est dōīnus gloriæ, adorandum scripturę non tm̄ docent, verū & præcipiunt. De inuocatiōe ipsius antè iam dictum est, quoniam alligata est illius ꝓmissioni: Ioannis em̄

Roman: 14.

Esaiæ 45.

Philipen: 2.

1. Corin: 2.

14. *cap:*

14.cap: solatur se inuocantes dicens: *Quicquid petieritis in nõine meo hoc faciam.* Ecce quomodo inuocantibus præstò est. Declaramus itaq; non nomine tm̃, Christum verũ Deum in scripturis nominari, sed definitè & absolutè, esseq; verum eiusdem cum Patre deitatis & naturę Deum. *Quem enim adorant Angeli & cœtus omnis Ecclesiæ Christi, Deus verus est: Christum adorant, vt ex scripturis declaratum est, Deus ergo verus est. Humana enim illius natura tantum absq; respectu diuinitatis nõ potest adorari. Adoratur aũt licitè Deus & homo Christus: quoniam vt Deus est creator & gubernator omnium rerum. Vt homo est creatura, exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Quia verò λογος caro factus est, & formã serui, vt ex Paulo ostensum est, assumpsit, & cõmunicauit humanitati saluatiõis

Christus non cõmunicatiõe diuinitatis à Patre est Deus, sed verè.

Philipẽ: 2.

Christus saluator & mediator quomodo.

& opera-

& operationis officiũ: Filius ille Dei eternus ideo adoratur & secundum humanitatem, quia cõmunicatur carni diuinitas, ac in illa õnia salutis nostrę officia pegit, & ita Christus saluator atq; mediator est: in vna enim hipostasi Deus & homo coniunctus ẽ, talisq; vnio in illa facta est, qualẽ symbolum Athanasij demonstrat dicens: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus et homo vnus est Christus.* Adoratur itaq; Caro Christi, quoniam Caro Dei incarnati est: Deus enim ipse, Esaia teste, venit & saluauit nos. *Esaiæ 35.*

SPIRITVS SANCTVS EST CREATOR RERVM OMnium vt Pater & Filius, ergo cũ Patre & Filio vnus verus DEVS. CAP: IX.

IN de-

IN demõſtranda diuinitate Spiritus ſancti ꝑgredienur eodem ordine, quo vſi ſumus oſtendendo deitatem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei vnigeniti. Declarauimus iam Spiritum ſanctum eſſe, cum Patre & Filio, Iehouam, eſſe tertiam perſonam veram & ꝑ ſe ſubſiſtentem in vnitate Trinitatis. Oſtendem9 illum etiam creatorem eſſe & verũ Deum cũ Patre & λογος Filio. Quoniam verò in ſcripturis aptè hoc declaratur, ſufficiet lectori loca tm̃ ſcripturarum oſtendere, vbi Spũs ſanctus creator dicitur. *1. Corint: 12. Vnus & idem Spiritus diſtribuens ſingulis prout vult. Pſal: 32. Dicit Dauid, quòd Spiritu oris Dei conſiſtit õnis virtus cœlorum. Pſal: 103. Emiſſione Dei Spiritus creari õnia, et renouari totã terrã. Iob 33. Spiritus Dei creauit me, dicit Iob,*

& ſicut

& ſicut te, ita & me Deus creauit. Iob 26. Spiritu Dei ornatos eſſe cœlos ait. Sapiẽ: 1. dicitur eſſe omnium rerum artifex, omnia replere, & omnium ſcientiam habere. Iſaias 40. capite teſtatur, Spiritum Domini à nullo adiutũ eſſe, quando librauit in ſtatera montes, et colles in Bilance. Gene: 1. Oſtendit Moiſes, quòd Spiritus Domini cùm tenebræ erant in ſuperficio voraginis agitabat ſeſe in ſuperficie aquarum. Baſilius ex ſermone cuiusdam Siri dicit: hoc verbum ferebatur, ſiue agitabat ſeſe, ſignificare idem q; fouere vitali calore, ſicut auis incubans: fouet oua.

His locis ſcripturę oſtenſum eſt, Spiritum ſanctum eſſe creatorẽ. Et veraciter: *Quoniam enim Spiritus ſanctus eſt Dei Patris & Filij Spiritus, certum eſt illum ea omnia facere, quæ Pater & Filius faciunt. Item, cùm Spiritus ſanctus à Deo procedat, ſeu ex ipſo emanet, neceſſe ẽ eũ Deum increatæ naturæ eſſe, ea enim quæ condita ſunt, extra Dei ſubſtantiam ſunt, neq; ex Deo emanare dicuntur.*

Deinde, eſſentialis Spiritus eiusdẽ eſt eſſentiæ cum illo, cuius eſt Spiritus, ad eius enim

naturam

naturam pertinet. Spiritus autem Dei qui ex ipso emanat, omnino est essentialis Dei Spiritus, nisi in Deo accidens ponere velimus, ergo eiusdem est essentiæ cũ Deo cuius essentialis Spiritus est. Sicut enim Spiritus hominis in ipso existens se habet ad hominem, vt omnia in ipso cognoscat & intelligat, vt Paulus 1. Corin: 2. docet. Ita etiam Spiritũ Dei ad Deum se habere idem Paulus docet: nemo enim nouit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei. Et sicut spiritus hominis ad humanam naturam pertinet, ita etiam Spiritum Dei diuinæ naturæ esse oportet. Nõ mirũ itaq; Spiritum sanctum esse creatorẽ, cùm essentialis Spiritus Dei sit, & per consequens Deus verus natura. Ideo sacrę literę Spiritui sãcto tribuunt nomen Dei, & nomina hæc: Dei & Spiritus sancti sæpè permutantur.

SPIRITVS SANCTVS DEVS, EX SCRIPTVRIS probatur. CAP: X.

SPIri-

SPIRitus est DEVS, *Ioannis 4.*
Actor: 5. Petrus Apostolus dixit Ananiæ, qui infideliter peccuniam acceptã pro possessione sua, in communem vsum Apostolorum deposuerat, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum vt mentireris in Spiritũ sanctum, et interuerteres ex præcio istius prædij? non es mentitus hõinibus, sed DEO.
1. *Corin: 3. An nescitis vos esse templum DEI, & Spiritum Dei habitare in vobis.*
1. *Corin: 6. An ignoratis corpus vestrum esse templum Spiritus sancti qui est in vobis, quem habetis à DEO?*
2. *Corintio: 6. Vos estis templum DEI viuentis, sicut dixit DEVS: Habitabo in eis & inambulabo, & ero illorum DEVS, & ipsi erunt mihi populus.*
Esaiæ 63. Commemoratis beneficijs IEHOVAE erga populum Israel, Propheta subijcit: Ipsi autem rebelles fuerunt, & irasci fecerunt Spiritum sanctũ eius (id est Dei) ideo conuersus est eis in inimicum, & ipse pugnauit contra eos, id est Spiritus sanctus. Pugnam autem hanc Dauid Psalmo 94. explicat, ostendens quomodo Spiritus sanctus

 factus

factus est eis inimicus, videlicet, propter obdurata corda eorum. Propterea (inquit) quod tentauerunt Deum, non agnouerunt vias eius, errabant corde. Itaque iurauit in ira sua, non introducere illos in terram promissionis, siue in requiem illis promissam. Item.

Actor: 2. *Apostoli apertè Spiritum sanctum confessi sunt*
Psalmo 2. *Deum, cùm enim dicerent: Oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, Actor: 2. Quare fremuerunt gentes, &c. Postea in oratione sua declarauerunt manifestè Spiritum sanctum fuisse per Dauidem loquutum, illumque Deum verum esse, Actor: 4. Domine, tu es Deus ille qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Qui per os Dauid pueri tui dixisti: Cur fremuerunt gentes &c.*

Testatur hoc & ipse Dauid Psalmo 84. IEHouam DEUM, per illum locutum esse. 2. Reg: 23. Spiritus Iehouæ locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Dixit Deus Israel mihi, locutus est fortis Israel. Iob 33. Spiritus Dei fecit me, me & te fecit Deus de eodem luto. &c.

In omnibus his testimonijs, qui modo

modo nominabatur Spiritus ſanctus, mox nominatur Deus, *Qui mentitur Spiritui ſancto, mentitur DEO. qui ſunt templum Spiritus ſancti, illi ſunt templum Dei, quia Spiritus ſanctus in eis habitat. qui iraſci fecerunt Spiritum ſanctũ & illum tentauerunt, hi Deum tentauerunt. Spiritus Dei fecit hominem, Deus fecit hominem. Spiritu ſancto loquente per Eſaiam & Dauidem, Deus per illos loquitur.*

Quum ergo nomina ita permutentur, & vnũ numero opus, modò Deo abſolute tribuatur, modò Spiritui ſancto, hinc colligimus Spiritum ſanctum eſſe Deũ. Deum aũt non alium à Patre & Filio, ſed vnum natura & eſſentia, vnam enim & eandem habentes Deitatem, vna & eadem poteſtate creauerunt omnia. Eorũ itaq; æqualem operationem non tm̃ in creatione omnium rerum,

 verùm

verùm & in omnibus alijs diuinis operationibus breuiter ostendemus. Scimus Deum non tantùm esse creatorem, verũ & viuificatorem, datoremq́ vitæ.

VNVS ITAq; EST DEVS qui dat Vitam.

Genesis 2. Inspirauit DEVS in faciem Adæ spiraculum vitæ.

Deute: 30. DEVS est vita tua, & longitudo dierum tuorum.

Iob 10. Vitã et misericordiã tribuisti mihi.

Hanc vitam dat PATER.

Ioan: 5. Pater habet vitam in semetipso, & ideo viuificat.

2. Corin: 13. Infirmi sumus, sed viuemus cum eo: ex virtute Dei.

Eadem potestate dat FILIVS Vitam.

Ioan: 1. In ipso vita erat.

Ioan: 6. Ego sum panis vitæ.

Ioan: 11. Qui credit in me, non morietur in æternũ. Ego sum resurrectio & vita.

Ioan:

Ioan: 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam eternam do eis.*
Ioan: 14. *Ego viuo & vos viuetis.*
Acto: 3. *Occidiſtis autorem vitæ.*
Collo: 3. *Cũ Chrũs apparuerit vita noſtra.*

Æquali poteſtate dat Spiritvs Sanctus Vitam.

Roma: 8. *Quod ſi Spũs Dei habitat in vobis viuificabit mortalia corpora veſtra, ꝓpter inhabitantem Spiritum eius in vobis.*
Gallat: 5. *Spiritu viuimus, Spiritu et ambulemus.*
Gallat: 6. *Ex Spiritu metet vitã eternam.*

Locutus eſt ꝑ ꝓphetas Deus.

Teſtes ſunt omnes Prophetæ, Deum per illos locutum eſſe.

Per eoſdem locutus eſt Filius.

Math: 23. *Luc*: 13. *Volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & gallina congregat pullos ſuos ſub alas, noluiſti: quæ loca concordant cũ verbis IEHouæ, Ieremiæ 7. dicentis. Miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas. etc.*
1. *Pet*: 1. *Petrus Apoſtolus dicit Spiritũ Chriſti locutum eſſe per Prophetas.*

Æqualiter locutꝰ ē Spũs ſãctus.

Oſtenſum eſt ſupra, vbi Spiritum ſanctum Iehouam eſſe declarauimus.

2. *Pet*: 1. *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.*

DEVS tentatus eſt in deſerto.

Lege hiſtoriam Exodi 17. *quod etiam declarat Dauid Pſalmo* 94.

Tentatus eſt Chriſtus vt Filius Dei eternus.

1. *Corin*: 10. *Ne tentemus Chriſtum, ſicut quidam ex illis tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt.*

Tentatus Spiritus ſanctus.

Vt oſtenſũ ē ſupra ex ca: Eſa: 63. *Acto*: 7.

Eduxit populum Iſrael de Ægipto DEVS.

Lege Exodum, & in multis locis teſtimonia Prophetarum.

Eduxit Filius Dei Chriſtus.

Teſtis Paulus 1. *ad Corin*: 10. *& Eſaias* 63.

Ita & Spiritus ſanctus.

Eſa: 63. *Spiritus domini ductor eius, id ē*

Moiſi

Moisi, fuit, scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum.

Legem dedit DEVS.

Exodi 20. & Esaiæ 33. lege.

Hãc & eandẽ dedit Christus.

Gallat: 3. Lex ordinata est per Angelos in manu Mediatoris.

Iacobi 4. Vnus est legislator & iudex, iudex autem viuorum & mortuorum Christus. Ioan: 5. Mat: 23. ergo et legislator.

Dedit & Spiritus sanctus.

Quia Patris & Filij existit Spiritus, prout infrà declarabitur.

Ministeriũ ecclesiæ est DEI.

Romano: 13. quia omnis potestas à Deo.

2. Corin: 6. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, vt non vituperetur ministerium nostrum.

Est Iesu Christi. *Mar: 16. Mat: vlti.*

Est Spũs sancti. *Actorum 13. & 20.*

Euangeliũ sanctũ est Dei.

Romanorum 1. & 15.

Est IESV CHristi.

Marci 1. Romano: 15. 2. Corint: 9.

Est Spiritus sancti.

Quia Spiritus sanctus testimonium perhibuit de Christo in Apostolis, & suggessit illis omnia, quæ Christus dixit aliquando illis. Ioan: 14. & 15. Et Apostoli Spiritu sancto autore prædicauerunt Euangelium omni creaturæ.

Ecclesia fidelium est DEI.

Actorum 20. 1. *Corinti:* 1. 1. *Thimo:* 3.

Est IESV CHristi.

Quia caput est ecclesiæ. Ephes: 1. *Colloss:* 1. *Est sponsa Christi, pro qua seipsum tradidit. Ephes:* 1. *Psal:* 44. *Acto:*20. *sanguine Christi Dei acquisita.*

Est Spiritus sancti.

1. *Corint:* 3. & 6. *Actorum* 20.

Conseruator omnium rerum DEVS.

Deuteronomij 28. *Leuitici* 26.

Conseruator FILIVS.

Colloss: 1. *Hebræo:* 1. & 2.

Conseruator Spiritus sanctus.

Quia Psal: dicit, per missionem Spiritus sancti omnia creari, et innouari faciem terræ, et 1. *Corin:* 12. *omnia operatur in omnibus.*

Peccata

Peccata dimittit DEVS. *Esaiæ 43.*
Peccata dimittit Christus Filius Dei. *Matthæi 9.*
Spiritus sanctus *Ioannis 20.*

DEVS est Iudex.

Esdræ 7. Psalmo 7. Ecclesi: 35. Deute: 32.

PATER. *Ioannis 8.*

FILIVS etiam.

Math: 25. 2. Thimo: 4. Ioannis 5.

SPIRitus sanctus Iudex.

Ioannis 16. & Esaiæ 4. Abluet sordes filiarum Syon, in Spiritu iudicij.

Æquales itaq; sunt in operatione Pater & Filius & Spiritus sãctus, vt iã copiosè ostensum est. Quorum aũt in diuinis operibus est vna operatio, certum est illorum vnam essentiam esse: quoniã vero vna est, pbant hoc nobis non tm̃ æquales operationes in creaturis, verùm & æqualia Dei veri

attributa omnibus tribus perſonis competentia, vt ſunt: *Eternitas, Omniſcientia, Omnipotentia, Immenſitas, Bonitas.* hæc omnia S. ſcriptura æqualiter õnibus perſonis attribuit: quę omnia breuiter oſtẽdemus ex ſcripturis. Primò verò oſtendemus omnium trium perſonarum Eternitatem. Quoniã aũt de Patre nulla eſt cõtrouerſia illum eſſe eternum, bonũ, omniſcium, õnipotentem & immenſum Deum, ꝓut hoc loci S. ſcripturę manifeſtè declarant, ſatis erit nobis oſtendere, Filiũ λογος & Spiritum ſanctum, eſſe illum Deum, q̃ eſt eternus, immenſus, omnipotens, omniſcius & bonus. DEVM eſſe eternum oſtendunt iſta loca S. ſcripturę. *Gene: 21. Deute: 32. Trenorum 3. Baruch 4. Daniel: 6.*

Tobiæ

Tobiæ 13. *Psal*: 11. 88. 89. 91. 154. *Esa*: 26 *Romanorum* 1. & 6. *Titum* 1. 1. *Petri* 5.

FILIVS DEI LOGOS EST AETERNVS. CAP: XI.

QVoniam verò aliqui Filio Dei adimunt eternitatem, vt eum, non antequam naſceretur ex virgine, extitiſſe velint, ſic vt ſolùmmodò tot annis maior natu nobis ſit, quot ſunt ab anno 42. Octauij, ad noſtram vniuſcuiusq; natiuitatem. Alij longioris temporis vſuram illi largiuntur, & eum cœlo & terra, omnibuſq; alijs rebus conditis antiquiorem eſſe volunt, nõ tamen eternum: verùm qui ante cætera vel cõditus ſit, vel ſic natus vt aliquãdo non fuerit, & quamuis omni tpe ſit antiquior, quòd cum cœlo eſſe cœpit, fuiſſe tamen aliquan-

do quan-

do quando non erat. Prioris doctrinę Samoſetanus, ſecundę Arius, autores fuerũt. Aduerſus vtroſq; eternitatem Filij Dei ex ſcripturis oſtendemus.

Filius itaq; Dei ſecũdum ſcripturas apud Patrem extitit, antequã mundus creatus eſſet. Probatur hoc iſtis autoritatibus ſcripturæ S. *Ioannis* 1. λογος Filius Dei vnigenitus dicitur fuiſſe in principio, hoc eſt, cùm cõderentur omnia, in ipſo principio erat verbũ: fuit itaq; antequã õnia creata fierent, antequam fieret locus & tempus: & ideo apud Deum & non alibi eſſe dicitur, quia extra Deum nihil fuit. Cùm itaq; Deus principium omnium rerum ordiretur, apud Deum erat verbum, eratq;

illud

illud verbũ Deus. Eternus itaq; eſt vnigenitus Filius Dei Patris, quoniam ante omne tempus fuit, & in ipſo principio omnis creatiõis extitit, ꝓbat hoc ipſe Christus dõinus ꝙ ante mundi cõſtitutionẽ apd' Patrem fuerit, *Ioan*: 17. *Clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui apud te priusq; mundus fieret.* Ecce vides Filium Dei ante mundũ fuiſſe, & gloriã ante mũdũ tenuiſſe. Vt aũt illũ in ſubſtantia eſſe cognoſcas Ioannem audi, qui teſtatur illum Deum eſſe, & per ipſum omnia eſſe.

Tertium teſtimonium eternitatis Filij Dei apd' eundem Ioannem Euangeliſtã eſt deſcriptũ *Ioannis* 8. ſuntq; verba eiuſdem Saluatoris noſtri, Ieſu Chriſti Filij Dei ad Iudæos loquentis. *Amen amen dico vobis, antequàm Abraham fieret ego ſum.*

Hîc de existentia suę ꝑsonę disserit, & se ante Abrahamū non fuisse (in quo quædam Ephasis latet) sed esse testatur: Ego (inqt) sum ante Abrahamum, quem vos patrem vestrum esse dicitis: Nõ dicit fui ante Abrahamū, sed sū, vt ostendat se in substantia fuisse ante Abrahamum.

Quoniã vero fuerunt aliqui Heretici veteres, put & nunc sunt, q non ad existentię eternitatem Filij Dei hæc refferant, sed ad prædestinationem, fuisseq; Christum ante Abrahamum vel prædestinatiõe, vel virtute & gratia, quatenus mundi redemptor est, quę omnium ætatū cõmunis est: ideo nos ostendimus, verbum substantiuū SVM, explodere omnem præ desti-

Contra prædestinationē quã Photinus Hereticꝰ docuit.

destinationem, ab illis in iniuriã eternitatis Christi, excogitatam, & ostendere Christum in substan tia extitisse ante Abrahamum. Declarant hoc actiones illius in condito mundo & omnium rerũ creatarum, in eductione Israelis de Ægipto, in apparitionibus va rijs: ipse enim se sub formis & si- gnis aspectabilibus conspiciendũ Patribus exhibuit, iãq; quasi pre- ludio quodam cœpit fungi Medi atoris officio. Filiũ aũt Dei Mo si, Patribus & Prophetis visum fuisse, testãtur vetustissimi Patres vno consensu, qui etiam dicitur *Angelus magni consilij, Esa: 63. & Ange lus faciei eius, Malach: 3. Angelus testamẽ ti, Ductor populi Dei, Exo: 23. qui erat peccatorum inspector & iudex.*

Filiꝰ λογος Patribus ap paruit.

Ireneus libro 4. cap: 14. Iustinus in dialogo cũ Triphone Iudæo. TERtulianus de Trini: cõt Praxeũ & cõt Marcionẽ lib: 2. pagi: 150. Ambrosius de Fide lib: 1. cap: 5. & aliꝭ.

Quæ aũt hîc dicũtur de Angelo, Paulus

Paulus interpretatur de Chriſto,
ex quo patet eandem perſonam
Exodi 3. à Moſe & Paulo intelligi: Docet
: 10. & Ioannes Euangeliſta fuiſſe Fi-
æ: 2. lium Dei qui Patribus viſus eſt,
viſionem Iſaię cap: 6. ad Chriſtũ
refferens *cap*: 12. Docet Paulus Fi
lium Dei Patribus per ſacramen
ta oblatum eſſe. 1. *Corint*: 10.
Quoniam vero nulla actio tribui
põt rei, quę nõdũ in rerũ natura
extitit, ſed adhuc futura eſt: quo-
modo tribuentur Chriſto iſtę a-
ctiones reales, ſi reipſa & exiſten
tia non fuit? Num ipſe Chriſtus
dominus Filius Dei neſciebat e-
tiam Iudæos cum quibus loque-
batur, prædeſtinatiõe ante Abra
hamum fuiſſe? Si verò eadẽ ra-
tione prædeſtinatiõis ſe ante A-

braha-

brahamum fuisse intelligeret, cur respondebat Iudæorũ obiectiõi? Respondit aũt, vt ostendat se añ Abrahamum, non prædestinatione, sed existentia personę fuisse, & ideo actu reali Christus in veteri Testamento fuit Saluator: veteres em̃ filij Dei fuerunt, & ideo peculiariter de hoc gloriati sunt, quòd non tantum populus Dei essent vt cæteri homines ratione creationis, sed etiã ꝙ ipse Deus omnipotens ita fœdere sempiterno cum illis se coniunxerat, vt hæc duo paria illis Moises & Prophetę sæpè coniungant, illos fuisse & populum Dei, & filios Dei. Caput aũt istius fœderis est Christus, semen illud benedictum, vt testis est Paulus *Gallat*: 3. Et eodẽ

Christus fuit realiter saluator in veteri Testamento.

Isaiæ 63.

2. Corin: 1. Paulo teste: *Quotquot erant promißiones Dei, in ipso Mediatore sunt etiam, et in ipso sunt, Amen.* Fuit itaq; & ē Christus caput fœderis, & omnium p̄missionum, in quibus illi fiduciā habentes, non tantum excellentibus donis præditi erant, sed etiam Spūm Christi habuerūt, & p̄ cōsequens, iā erant Christi, quo ad futurā salutem: dicit em̄ Paulus, *quòd omnis qui Spiritum Christi nō habet, hic non est eius: ergo est illius, qui eius spiritum habet. Prophetæ aūt, Patres, Spiritum Christi habuerunt, erant ergo illius.* Cum vero nemo saluus esse potest, nisi ille: qui est Christi, nullū enim aliud nomen est sub cœlo, in quo omnes oporteat saluos fieri, nisi IESVS CHRISTVS, manifestè apparet veteres ius salutis à Christo habuisse, per illumq; vt

per me-

per mediatorem filios Dei ado-
ptiuos extitiſſe. Sed quoniã non
adeò perfecte Spiritus Chriſti e-
rat illis datus, vt Apoſtolis & aliȷs
fidelibus in lege gratiæ, datus qui
dem vt hæredibus, ſed vt infanti-
bus, vt filiȷs, ſed parũ differentib9
à ſeruis. Ideo Paulus ſpiritum ſer *Quomodo in*
uitutis illis datũ eſſe affirmat: nõ *telligendũ,*
vt Spiritus Chriſti qui in illis fu- *Spũm ſerui*
it ſit aliquando ſpũs ſeruilis, ſed *tutis habere*
quoniã diſpenſatio illius, quo ad *Veteres.*
miniſteriũ, certis terminis Iudeę *Romano: 8.*
erat tantum concluſa, quę poſtea *Gallat: 4.*
iuſſu ipſius Chriſti in totum or-
bem eſt Apoſtolis mandata: ideo
in eius publica adminiſtratione
illi erant tanquã ſerui, iſti autem
quaſi liberi: *In õnem enim terrã exiuit* *pſalmo 18.*
ſonus eorũ, et in fines orbis terræ verba eorũ.

Christus actu realis semper Saluator fuit. Concludimus itaq; fuisse Christū in veteri testamento actu reali Saluatorem: quoniam Spiritu suo veteres implebat, caput erat fœderis, autor promissionum, & ideo iam tum illum extitisse re ipsa & existentia personæ, non prædestinatione.

Quòd autē Christus dominus vt λογος, re ipsa & existentia fuerit apud Patrem ab eterno, aptè nobis illæ scripturæ Euangelij & noui fœderis declarant, quæ dicunt:

1. Ioannis 4. Hebræo: 2. *Quòd Iesus Christus in carnem venit: quòd ipse per quem omnia facta sunt, factus est particeps carnis & sanguinis: assumpsit semen Abrahæ 1. Thimo: 3. Existens Deus,* 1. Ioannis 3. *manifestatus est in carne: Patefactus est Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Ioannis 3. *Missus est à Deo Filius, & è supernis à Deo venit.* Ioan: 6. 8. & 16. *A Patre exiuit, processit à Deo & venit. Exiens de cœlo, venit missus à Patre, & p*

hoc

hoc patefacta est charitas Dei, quòd Filium suum illum vnigenitũ misit, vt omnes viuant per eum. Qui itaq; in carnẽ venit de cœlo, à Deo, ex Deo, à Patre, vt sit particeps carnis & sanguinis, vt manifestaretur in carne: necessario conficitur eum ante carnem, seu manifestationem in carne & aduentum in mundum, fuisse & esse verè subsistentem, hæc enim facere non potuisset, nisi & eterna substantia esset, & añ carnem assumptam substitisset. *Probatur Chrũm fuisse ante carnem.*

Confirmant etiã eternitatem Filij Dei alia loca & testimonia scripturę sacræ, veluti q Micheę 5. scribitur: *Egressus eius ab initio, siue à diebus eternitatis,* hoc est, ante õnia sæcula genitus est: quo loquendi genere eternitas indicatur. Nam q quidam inter Filij & Patris e- *Christus genitus ante secula.*

 terni-

ternitatẽ discrimen ponũt, quòd Filio exitus à diebus eternitatis tribuitur, Pater vero antiquissimus dierum à Daniele nõinatur, friuolum est: nullam eñi illic cõparationem Patris & Filij Daniel facit, quę etiamsi fieret: tamen Pater ab illo non antiquissimus, sed antiquus dierũ nominaretur: antiquior autem non potest esse Pater Filio, vterq; enim Pater eternitatis nominantur: de Patre enim dicitur Psal: 90. *Priusq; montes fierent aut formaretur terra et orbis, à sæculo & in sæculum tu es Deus.* De Filio aũt, q est Sapientia Dei, dicitur:

Prouerb: 8. *Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram, ante omnes colles ego parturiebar.* Quod si Sapienti nollis credere,

Esaiæ 7. crede Esaię Prophetæ, qui Filiũ nobis natum nõ tm̃ dicit esse De-

um,

um,ſed etiam Patrem eternitatis: causa cuius eternitatis dicitur à Ioanne A. & O. Principiũ & Finis. Nam eundem ſermonem ipſe Deus, eternum ſe declarans, apud Iſaiam 41. de ſeipſo loqtur & dicit. Æquali itaq; eternitate eſt eternus Pater, & λογος eius Filius vnigenitus, quia ſimili locutione Filio Dei apud Ioannem in Apocalipſi, vt ſoli Deo apud Eſaiam, eternitas aſſeritur. Quoniam aũt eternitatis Filij Dei teſtimonium ex Eſaia adduximus, cũ illum Patrem eternitatis eſſe dixit, certè & illud nõ putauimus prætermitendum, q ante eundem Puerum natum, & Filium datum nobis (eundem quem poſtea Patrẽ eternitatis appellauit) eſſe oſten *Apoca: 1.*

 dit di-

Esaiæ 9. dit dicens. *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Hîc Puer natus discernitur à Filio dato, quia Puer in tempore natus est, Filius vero datus est ille, qui de cœlo descendit, & ex Patre ꝓcesſit per eternã gñationem, de quo Ioan: 3. *Sic Deus dilexit mundũ, vt Filiũ suum vnigenitum daret.* Demum & Dauid de eterno Filio Dei genito, non facto, ꝑ Spũm sãctũ dicit, in ꝑsona Patris loquentis ad Filium suum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Hebræo: 1. Hoc testimonio Paulus eternam Filij Dei generationem probat, hodie enim hîc significat ab eter-

Hebræ: 13. no, iuxta illud: *Chrũs heri & hodie, et in sæcula.* Et in alio Psalmo Dauid

Psal: 110. dicit de Filio Dei, illum ante luciferum siue auroram genitũ esse, quem locum ipse Christus ad e-

ternam

ternam ſuam diuinitatem reffert *Math*: 22. Erat itaqꝫ Filius Dei genitus ante mundi conſtitutionẽ, id eſt, ab eterno, quia iſtę ſcripturę hoc de illo aptè teſtantur. Eternum ergo illum eſſe oportet vt credamus, quoniam & Paulus *Acto*: 13. eternam illius diuinitatem: ꝓbat ob reſurrectionem ex mortuis factam: ꝓbant Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſte, & õnis ſcriptura, ꝓut iã oſtenſum eſt. Multa iam adducta ſunt teſtimonia eternitatis Filij Dei, quibus q non credit, difficile eſt vt & alijs credere poſsit: poſſemus enim & illas ſcripturas in teſtimonium eternitatis illius adducere, quę dicunt illum eſſe creatorem omniũ rerum: ſed quoniam latiſsimè ad

ducte sunt in articulo, vbi declaratus est esse creator verus, eas hîc repetere nolumus: Finaliter vero probamus eternitatem Filij Dei hac ratione. *Scimus Eternū eterna tribuere. Deus, quia eternus est, tribuit eterna, quod creatura facere non potest. Si igitur Christus Filius Dei non est eternus re & existentia, quomodo eterna dona per ipsum nobis tribuuntur, potissimum si in seipso eternitatem non habet. Quod autem per Christum Filium Dei eternaliter eterna nobis largiantur, testis est Paulus ad Ephe: 1. qui dicit quòd nos in Christo electi sumus ante mundi constitutionem, vt essemus sancti et immaculati coram ipso. Demum, in eodem Iesu Christo ante omnia sæcula prædestinati & adoptati sumus in filios Dei: Quomodo ergo Christus non erit eternus, cùm Pater in ipso dat nobis dona eterna, in ipso nos prædestinauit & adoptauit in filios ab eterno? Demum et ipse Christus eternæ vitæ est largitor, Ioan: 10. Quomodo igitur eterna dare potest, si ipse eternus non est? cùm tantùm eternus eterna tribuit.*

Electi sumus in Christo ante mūdi constitutionem.

Apparet

Apparet itaq; Filium Dei esse eternum, & vt Paulus testatur, inicio dierũ & fine carentẽ: & ideo fungi sacerdotio eterno, dareq; nobis dona eterna, & vitã eternã. *Hebræo: 7.*

SPIRITVS SANCTVS *DEI PATRIS & FILII SPIritus est eternus.* CAP: XII.

PRobatum est abundanter Filium Dei esse eternum, de Patre verò quòd eternus sit nulla est controuersia. Si itaq; Pater & Filius est eternus Deus, certum erit Spiritum sanctum eternum esse, cùm sit Patris & Filij Spũs, sed & scripturę eternitatis Spiritus sancti dant fidele testimonium.

Ante creationem omnium rerum nihil fuit, nisi Deus.

Ante creationem õnium rerum nihil fuit nisi Deus in immensa sua eternitate: Quare si Spiritus fuit ante creationem rerum, oportet illum eternum Deum confiteri. Præsentem

autem

autem illum affuisse Patri & Verbo in creatione rerum Moises docet Genesis 1. ergo.
Quòd aũt fuerit docet text9 aiẽs *In principio creauit Deus cœlum & terram. Et vltrà: Tenebræ erant super faciẽ abyssi. Et SPIRITVS DEI ferebatur super aquas.* Ne vero ventum vehementem aliquem hîc intelligas (vt quidam) sed tantum illum Spiritum Dei, qui diuina sua vi fouebat crudam illam & indigestam substantiam, vt stabilis permaneret ad temp9.
Psalm: 33. Confirmat hoc Dauid cũ dicit: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Iob qui cap: 26. scribit Spiritu Dei cœlos ornatos esse. Similiter et Esa: cap:* 40. Eternus itaq; est Spiritus sãctus, quoniã scriptura illũ nobis eternum declarat.

DE OMNISCIENTIA SECVNDO ATTRIBVTO DEI. CAPVT XIII.

OMni-

OMniſcientiã aũt voco, infinitam ſapientiã, qua Pater, Filius & Spũs ſanctus, æqualiter ſũt repleti. De Patre ꝙ ſit infinitę ſapientię nemo tergiuerſatur. Q ď autẽ Patris Sapientia: λογος Verbum, ſiue Filius eius eſt, oſtendemus ex S. literis. Pro declaratione vero euidentiori, explicabo quot modis accipitur Sapientia, & λογος in ſcripturis: vſurpatur enim tripliciter. Primò Sapientia & Potentia Dei, ſignificat ipſius Dei omnipotentiam & plenitudinem, vti cùm diciur *Gene*: 17. de plenitudine diuinitatis, & ꝙ Deus eſt ſufficiens ſibi ipſi: non poteris niſi de comnuni ſapientia intelligere, quę eſt cõmunis Patri, Filio & Spiritui ſancto, de qua & illę

Sapiẽtia dei in ſcripturis tripliciter vſurpatur.

illę scripturę testãtur, cũ dicunt: *Extrà me et post me nullus erit Deus. Item: Ego et Pater vnum sumus in diuinitate, ergo & in sapientia.* Secundò Sapientia Dei vsurpatur ꝑ sapientia genita ab eterno & distincta, & sic significat Filium, quia solus Filius est genitus & in carne missus. Cũ ergo dicit Prouer: 8. *Nondum erant voragines, nondum fontes abundabant aquis, antequam montes fundati essent, ante omnes colles: ego concepta eram, ego parturiebar, cũ eo eram cuncta componens,* loquitur de Filio eterno λογο, quē & Paulus *1. Corin: 1.* vocat Dei virtutem & Dei sapientiam: de qua *Apoca: 3. Prouer: 3.* illud scriptum intellige. *Ego sapientia quos diligo castigo.* omnia hæc aperte de Christo Filio Dei ab eterno genito dicuntur. De sapientia enim ingenita Patris dici

Chrũs Dei virtꝰ et Dei sapientia.

non

non poſſunt, quia Pater ſeipſum gigneret: nec de communi trium hipoſtaſeon ſapientia, qa Pater, Filius, & Spiritus ſanctus eſſent ſimul geniti: nec de Chriſto homine dici poſſunt, quia hic vt homo non fuit ab eterno. Ergo neceſſario, & ad literam de eterno Filio, qui eſt genita ſapientia Patris, intelligenda erunt. Deinde cùm dicit: *Ab eterno ordinata ſum.* & poſtea, *genita ſum*, diſtinguit eternā generationem ab ipſa ordinatione: eſt enim Chriſtus homo ordinatus ante ſæcula. λογος vero ab eterno genitus, nec fuit in potentia quaſi in imagine vel myſterio, dicit enim: *Ab ęterno operata ſum ſimul cum Patre. Sicut ergo actu ab eterno fuit operatio, ſic & actu fuit generatio.* Ab eterno igitur Sapientia Dei

Chrūs Filius Dei Patris genitꝰ.

Patris

Patris est genita, quam scriptura λογομ siue Verbum appellat. Hanc Sapientiam Dei Patris *Sapien*: 7. candorem lucis eternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, necnon imaginem bonitatatis ipsius scriptura esse testatur. Ne autem de communi sapientia aliquis intelligat, Paulus Apostolus *ad Collo*: 1. *& ad Hebr*: 1. de Filio Dei eterno, vt de genita sapientia hanc scripturam interprætatur: de carne aũt ista à Paulo non intelliguntur, neq; à quoquã intelligi possunt, quamuis supra mensuram fuit repleta sapientia: qa illa non erat omnium artifex, caput autem supra allegatum de illa sapientia loquitur, quę fuit õnium artifex. Intelligenda sunt

ergo

ergo illa verba scripturę de Filio Dei, qui est æterna Dei Patris genita sapientia. Habes & aliud testimonium *Sapien*: 9. Christū Dei Filium esse illam ęternam sapientiam Dei Patris & virtutem, hoc patet ex Salomonis oratione, q ita dicit ad Deum: *Tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid esset placitum oculis tuis. Et in alio loco idē Salomon: IEHouah sapientia fundauit terram: stabiliuit cœlos prudentia: sapientia illius eruperunt abyßi, et nubes stillant rorē.* Prouer: 3.

Quoniā verò hæc, de Filio Dei dicta sunt, Christo λογω, declarat hoc nobis apertè Ioannes Euangelista ostendens *cap*: 1. & 5. p eū omnia esse condita: Et illum cū Patre hucusq; operari. Distinguitur autē in supra ostensis scripturis Sapiētia Patris ab ipso Pa-

Hypostatica distinctione necessaria. tre hypostaticè, quia dicitur esse cũ illo sapientia, affuisse illã tũc, cùm orbem terrarũ faceret. Coram Patre esse, adesse Patri. Hæ notę manifestè indicant hypostaticã distinctionem, inter Patrẽ, & eius genitam Sapientiam, qua fundauit terram.

Ista autem non possunt intelligi respectu futuri Christi, vel eius carnis, creatio enim non fuit futurorum respectu, sed actu reali. Et ideo, Filius erit illa Sapientia ab æterno actu reali genita.

Significat tertiò in scripturis, Sapientia & Potentia Dei, Doctrinam Euangelij, & æternum Dei decretum, in quo decreuit nos sibi reconciliari. *1. Cori:2. Ephe: 1. et 2.*

Accipitur etiam p̱ donis aliquando, vt

do, vt *Eſa*: 11. *Colo*: 2. vbi dicitur: *Requieſcet Spiritus Sapientiæ & ſcientiæ ſuper eum. Et Luc*: 2. *Proficiebat ſapientia et gratia apud Deum et homines.* referuntur iſta ad dona humanitatis Chriſti, ꝓpter inhabitantem in illa diuinitatem ſupra menſuram collata: ſupra enim menſurã Corpus Chriſti repletum erat ſpiritu & gratia, vt ſcriptura teſtatur.
Oſtendimus Sapientiam Dei in ſcripturis tripliciter accipi, λογος quoq; in ſacris literis tripliciter vſurpatur.
Primò ꝓ Filio Dei eterno, à Patre genito *Ioannis* 1. *& Pſalmo* 33.
Secundò dicitur, Homo Chriſtꝰ Ieſus, ꝓpterea ꝙ verbum caro factum eſt, & ideo vnitus eſt homo Deo verbo. *Ioã*: 1. 1. *Timo*: 1. *Apoc*: 19.
Tertiò, ꝓ prædicatiõe verbi, quę

quamuis non ſit de eſſentia Dei, neq; ad eſſentiam Dei pertineat, tñ aliquando λογος dicitur, vt *Acto*: 10. *Verbum miſit Deus filijs Iſrael annuncians pacem per Ieſum Chriſtum, &c.* Hîc verbum à voce dicitur, non à ſubſtantia Dei exiſtens.

Hac præmiſſa declaratiõe, de ſapientia & verbo Dei Patris, exiſtimo me clarè oſtendiſſe Filium Dei λογον eſſe illam æternam Dei Patris ſapientiam, apud Patrem ęternaliter genitam. Ex collatione enim ſcripturarũ veteris & noui inſtrumenti manifeſtè oſtenditur, ſapientiam Dei de qua veteres locuti ſunt, interpretantibus Apoſtolis & Euangeliſtis, non aliam eſſe, niſi Chriſtum Filiũ Dei λογον, per quem omnia facta ſunt. Chriſtus itaq; λογος, eſt illa Dei Patris ſa-

tris ſa-

tris ſapientia, quę ſemper cū Patre fuit & eſt, creans, ordinans, diſponens & conſeruans omnia, ōnia ſciens, omnia pſpiciens, ōnia gubernans, omni creaturę termi nos imponens. Non opus eſſet ampliori declaratiōe, Omniſcientię Filij Dei, ſed quoniā & alię ſcripturę eandē omniſcientiā in Filio Dei oſtendunt, breuiter illas attingemus.

Chriſtus eſt Dei virtus et Dei ſapientia. I. Corin: I.

In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ et ſcientiæ Dei abſconditi. Coloſſ: 2.

Nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Math: II.

Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Ioannis 6.

Nunc ſcimus quia omnia ſcis. Ioannis 16.

Apoſtoli teſtātur de Chriſto dño:

Domine tu ſcis omnia, dixit S. Petrus Domino, poſt illius reſurrectionem, cùm illū tertiò interrogaret: an illū diligeret. Ioannis 21.

Scient omnes Eccleſiæ quia ego ſum. Apoca: 2.

Apoca: 2. *Scrutans corda et renes Deus: Hæc dixit de ſe Ioanni, qui erat mortuus & viuit in ſæcula ſæculorum.*

Ioannis 1. *Corpore abſens, videt ſub ficu Nathanaelem eſſe verum Iſraelitam.*

Math: 26. Marci 14. Lucæ 22. *Videt illum ſimili modo, qui hydriam aquæ portabat, et ſcit quid reſponſurus erat diſcipulis de parando Paſcha.*

Math: 21. Marci 11. Lucæ 19. *Videt Ieroſolymis aſinum alligatum, Bethaniæ exiſtens, & ſcit voluntatem dominorũ eius de illo.*

Marci 3. Lu: 6. et 14. *Cernit cogitationes Phariſæorum, qui obſeruabant eum an curaret in Sabbato.*

Lucæ 22. *Cernit etiam cogitationes diſcipulorum altercantium de primatu.*

Math: 21. *Videt Ieroſolymæ excidium, & flet.*

& 24. Lucæ 24. *Aperit ſenſum Apoſtolorum, vt ſcripturas intelligant.*

Epheſ: 4. Acto: 11. *Dedit Eccleſiæ Prophetas, non tantum interpretes oraculorum veterum, ſed ipſos quoꝗ vates futurorum præſcios.*

In his igitur locis tribuitur Chriſto, ꝙ ſit Dei ſapientia infinita, omnia enim ſcit, ſolus nouit Deum, & patefecit, arcana cordis vi-

dit &

dit & videt, futura nouit, alijs vim prænunciandi largitur. Quę omnia infinitam eius ſapientiam demonſtrant & declarant.

SPIRITVS SANCTVS *EST OMNISCIVS VT VERVS DEVS. CAP: XIIII.*

SI Pater & Filius eſt omniſcius, certè Patris & Filij Spũs eſt ęquè omniſcius, ab illis enim procedens, diſsimilis illis eſſe nõ poteſt. Apparet aũt Spiritum ſanctum eſſe infinitę ſapientię multis rationibus. Tum quia vaticiniorum omnium autor. Tum qa ipſe eſt autor ſcripturæ ſacræ, quę diuinitùs inſpirata dicitur. Omnium verò maximè, quoniã ſolus nouit ea quæ ſunt Dei, vt Paulus teſtatur *1. Corin: 2. Alij noſce*

re possunt de Deo quicquid est extra Deum, Spiritus autem sanctus nouit arcana Dei. Acto: 2. In momento temporis docuit Apostolos varias linguas, et omnem scientiam ad prædicationem in omnes gentes necessariam. Spiritus sanctus docet omnia, ergo scit õnia. Quòd doceat õnia, Christus est ipse testis: *Cùm venerit paracletus quem ego mittam vobis à Patre, ille vos docebit õnia, & suggeret vobis omnia. Impleuit hoc in illis die Pentecostes, ergo est omniscius et infinitæ sapientiæ.* Sunt & alia loca scripturæ sapientiam Spũs sancti testificantia, quę docent, quòd Spiritus Dñi à nullo est adiutus, nullus ei erat cõsiliarius, & tamẽ optimè omnia disposuit, & ordinauit, sed breuitatis causa illa nunc prætermittimus.

DE OMNIPOTENTIA, TERTIO DEI ATTRIBVTO. CAP: XV.

PAtrem

PATrem omnipotentem ſine õni controuerſia credunt omnes, neq; adhuc audimus duorum Deorum hæreſim excitari. Et certè miramur Diabolum tàm diu iſtius erroris patientẽ: cùm enim omnes hæreſes alias ex inferis reuocaſſet, hanc ſepultam reliquit, malens fortaſsis corda ſuorum tã diu in erroribus inuoluere: vt vnius veri Dei, omnem, ab illorũ fide & cognitione, agnitionẽ tollat. Quod quàm illi fœliciter ſuccedat, & iam ſucceſsit, res ipſa indicat. Suſtulit enim iam cognitionem, fidem & honorem Dei Filij, ſuſtulit eius diuinitatem, immanentiam in Patre, & eius æternitatem, ſciens omnino, ablato vero Filio Dei, auferri verũ Deũ

Ego ĩ Patre & Pater in me: Ecce ĩmanentia Filij in Patre.

illum Christianorum, quem illis Filius patefecit. Declaratum est aũt in superioribus articulis, Patrem, Filium & Spiritum sanctũ, Deum esse p Filium Dei nobis patefactum, Deum verum, vnum in essentia & trinum in personis. Qui nobis patefactus verus Deus, quoniã Sathanę astutia ex cordibus multorum sublatus est, certè verus ille Deus sublatus est. Maluit itaq; Sathan vnum verum Deum auferre, quã duos cũ Manichæo intrudere, maluit Patrem, Filium & Spũm sanctum tollere è medio, quàm boni & mali, creatores ponere: plus enim vtilitatis sibi & regno suo hac via adduxit, & adducere non cessat, quàm contentioso illo errore duorum

DEO-

deorum. Patrem itaq; omnipotentem õnes affirmant ex eo, quia ipsum tm̃ solum Deum esse prædicant & docent. Nos autem eadem omnipotentia omnipotẽtem Filium Dei ostendimus, cũ illum ex locis S. scripturę creatorem cũ Patre, Iehouam verum & Deum verũ esse declarauimus.

FILIVS DEI LOGOS OMNIPOTENS. CAP: XVI.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Math: 11.
Data ē mihi õnis potestas in cœlo et in terra. Math: 28.
Pater diligit Filium, & omnia dedit illi in manus eius. Ioannis 3.
Quæcunq; Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Ioannis 5.
Sicut Pater mortuos suscitat & uiuificat, ita Filius quos vult viuificat.
Neq; enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.

Omnia facere, quæ Pater facit, omnipotẽtis naturæ est: Christus omnia facit, ergo.

Psal: 97. Christus dicitur, Iehoũa excelsus super õnem terrã, exaltatus super õnes deos. Esaiæ 40. Vocatur Deus noster, Dominus Iehoua in fortitudine veniens, & brachium eius omnibus dominans. Quę prophetia ex Ioãnis Baptistę testimonio Christo dño competit, totũ enim illud caput, de Christo est vaticinium. Vocat igitur Propheta Christum Deum, qui in robore debuit venire, & brachium eius dominari, hoc est, ꝙ debuit iste Deus ex seipso dõinari & potens esse.

Psal: 24. Christus nominatur, Rex gloriæ, Dominus fortis, Iehouah potens in prælio, Iehouah exercituum.

Sapien: 18. Omnipotens sermo Dei Patris dicitur, qui est λογος *Christus.*

Coloss: 1. Omnia quæ in cœlis & quæ in terra, visibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominia, siue potestates, siue imperia, omnia per eum & eius respectu condita sunt, estq; ipse ante omnia, et õnia per eum consistunt.

Quid

Quid aũt aliud eſt omnipotentẽ eſſe, quã omnibus cœleſtibus, terreſtribus, ſubterraneis, aſpectabilibus & inaſpectabilibus dominari, & õnia in ſua poteſtate habere? Quòdſi quis dicat illud Ioannis, *Non poteſt Filius à ſemetipſo operari, niſi viderit Patrem operantem*: & ex hoc inferre voluerit Filium Patri in õnipotentia inæqualem eſſe, quoniam omnẽ poteſtatem à Patre accipit, Pater enim primus eſt in operando, Filium aũt primò videre, deinde imitatione Patris habita operari, & ita imitari opera Patris. Is oſtendat nobis priùs: quomodo Filius vidit Patrẽ facientẽ, & ſic ipſe facit? viditne ſimilem præſentem mundum priùs à Patre factum, & poſtea alium facit? minimè. Viditne omnia à

Quomodo intelligitur illud, Nõ poteſt Filius à ſemetipſo facere quicq̃.

Patre priùs facta, quę per ipsum
facta sunt, & hoc nō dicit scriptu
ra. Vide ex historia Euangelij :
Lepras curat, à dęmōibus & mor
bis liberat, in vitam restituit mor
tuos, supra mare pedibus ingre-
ditur, & alia innumera potentiæ
diuinę plena facit. Dic, cuius imi
tatione? Paterné ipse horum ali-
quādo exempla edidit? & hoc p
bare non poteris. Falsa itaq; est
tua assumptio, quam ex male in-
tellecto Euāgelio infers: vis enī
imbecillitatē Christi ex illis ver-
bis ostendere, in quibus æquali-
tas potentię & virtutis Filij De
cum Patre suo comprobatur. Ne-
scis q videndi sensus, nō solet ma
iores vires immittere, sed tantum
ad perspicientiam rerū prouocat

Scias

Scias itaq; causam, Quare Filius tantũ ea operatur, quę viderit Pa trem operantem. Quoniam em̃ omnia quę Pater habet Filij sunt, sicut vicissim õnia quę Filij sunt, Patris eadem sunt, nihil ergo ꝓprium, quin omnia communia, quando ipsum esse illud cõmune est, & in eodem dignitatis gradu vtriq;. Itaq; ꝓpter identitatẽ naturę, & stabilem eius operationẽ, quę aliter se habere non potest: nihil à seipso Filius facere potest, nisi quod viderit Patrẽ facientẽ. Docemus etiam ꝙ Filius omnia quę habet Pater, ad naturã & maiestatem diuinitatis pertinentia, accipit à Patre, vt Ioannis 6. *Pater dedit Filio habere vitam in semetipso.* Accipit vitam à Patre, non vt ab eo dependeat vt nostra, sed na-

scendo

ſcendo ab æterno ex Patre. Natura illā habet,& ita in ſeipſo habet ſicut & Pater : quia verò naſcendo ōnia ad naturam diuinitatis pertinentia accipit : Ideo verè vnigenitus ille eſt Dei Filius, q eſt in ſinu Patris. Multa & alia poſſent oſtendi, quę ex Euangelio à veteribus Arianis, in diminutionem Omnipotentię Chriſti adducebātur : Vt illud reſpōſum matri filiorum Zebedæi, petenti vt in regno ipſius ſedeant fi lij eius vnus ad dextram, alius ad ſiniſtram : cui reſpondit Dōinus. *Sedere ad dexteram et ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratū eſt à Patr meo.* Cùm hîc Chrūs vt homo reſponderit humano affectui, nor vt Deus æternus. Non erat Chriſti iuſti iudicis, dare quod non iu-

QVomodo CHriſti reſponſio ad matrē filiorū Zebedæi facta, eſt intelligenda.
Math : 20.
Marci 10.

ſtè pe-

ſtè petebatur. Non erat Chriſti, gratificari ambitioni, qui ab ambitione dehortabatur. Sic & in multis præcibus & orationibus IeſuChriſti quas ipſe dirigebat ad Patrem, Chriſto non omnipotẽtia ſed infirmitas obijciebatur. Sed nos hoc offendere nõ debet: Cùm enim hi & conſimiles loci humanȩ naturȩ veritatẽ in Chriſto probent: potentiȩ Dei verbi nihil derogant. Quaꝓpter omnium horum argumentorum ſolutio eſt, naturarum in Chriſto diſtinctio, vt tribuatur cuiqꝫ quod ſuum eſt: ita enim ex infirmitate vera humanitas, ex admirandis & ſupra naturam factis, vera deitas clariùs agnoſcetur.

SPIRITVS SANCTVS,

OMNIPOTENS ESSE EX *ſcripturis declaratur. CAP: XVII.*

OMnipotentiam Spiritus ſancti probant, quæ de illo antea dicta ſunt: vnà enim cũ Patre & Filio oſtendimus illum creatorem eſſe. Idem præterea probant nomina quę Spiritui ſancto
Lucæ 11. tribuuntur, nempè ꝙ virtus Dei
Mat: 12. & digitus Dei nominatur. Aptiſſimè aũt omnipotentia Spiritui ſancto tribuitur à Paulo 1. *Cor*: 12. primum enim dona refert ad Spiritum, myſteria ad Dominũ, facultates ad Deum. Deinde ſpeciatim enumerat multiplicia dona Dei, & in ſingulis inculcat ab vno eodẽq; Spiritu omnia ꝑficiſci. Poſtremò generatim pronunciat Spiritum hæc omnia efficere & diſtribuere ſingulis prout vult.

Quare

Quare cùm eadem ſit operatio Spiritus, quę & Domino & Deo tribuitur, & ea quę Deus dat Spiritus etiã liberrimè diſtribuat ſicut vult: quomodo non erit omnipotens qui tanta facit? Omnipotentem Spiritum ſanctum eſſe declarant & aliæ ſcripturæ.

Sapien: 7. Omnium enim eſt artifex, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens.

Iſa: 30. Spũs eius, id eſt Iehouæ, ſicut torrẽs inundans ad perdendas gentes in nihilũ.

Ioan: 6. Spiritus eſt qui viuificat.

Acto: 2. Dat varijs linguis loqui magnalia Dei. &c.

DE IMMENSITATE QVARTO DEI ATTRIBVTO. CAP: XVIII.

DEVM immenſum eſſe, hoc eſt infinitum, & in omni loco præſentem, Prophetę in multis locis declarauerunt. Cœlũ eñ *Eſaiæ 66.* *Ieremiæ 33.*

Psalm: 138. & terram implet. Quoniam vero hoc tm̃ de Patre aliqui intelligere volunt, nos ex S. literis etiã Filium Dei λογον infinitum & immensum declarabimus.

FILIVS DEI IMMENSVS HIS LOCIS SCRIPTVræ declaratur.

Ioannis 3. *NEmo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui ẽ in cœlo.*
Mat: 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, sum in medio eorum.*
Mat: 28. *Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consumationem seculi*
Mat: 26.
Mar: 14. *Accepit panem & gratias agens fregit, dedit q; discipulis suis dicens. Hoc ẽ corpus meum quod vobis datur, hoc facite in meam cõmemorationem. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit eis dicens. Bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus qui est noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ.* Ecce panis õnipotẽtia verbi factus est & hucusq; fit Chri
Lucæ 22.

sti

ſti caro, Chriſtus aūt vbiq; totus.
Dicitur à Paulo habitare in cor- *Epheſ: 3.*
dibus fideliū, ꝓut & habitat. *Ad eū* *Ioannis 14.*
(inq̄t) veniemꝰ et mãſionē apd eū faciemꝰ.
Qui deſcendit, ipſe eſt qui et aſcendit, vt ad- *Epheſ: 4.*
impleret omnia. Probo itaq; his teſti-
monijs omnipræſentiam ſiue im
menſitatem Filij Dei: ſimulq; eū
in terris & in cœlis præſentē eſſe,
eſſe totum in corpore, totum in
pane, totū in cœlo. Finitę ſubſtan
tiæ, ſiue illa corporea ſiue incor-
porea ſit, nō competit. Corpus
enim circūſcribitur loco, incor-
porea verò ſubſtãtia etſi loco nō
circumſcribatur, attamen ſi finì-
ta eſt, finitę quoq; erit potentiæ:
ideoq; vbiq; ſimul ſuo modo ad-
eſſe, & operari non poteſt. Cùm
itaq; Filius Dei Chriſtus vbiq; ſit,
ſimul & ſemel repletiuè, vt ſcri-

 pturę

pturę testimonijs ostensum est, apparet illum esse immensum, vt verum Deum.

SPIRITVS SANCTVS *SIMILITER IMMENSVS* vt Pater & Filius, his locis scripturæ declaratur.

Sapien: 8. *SPIRitus Domini repleuit orbem terrarũ.*
Psalm: 138. *Quo ibo à Spiritu tuo, et quò à facie tua fugiam. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad infernum ades. &c.*

1. Corin: 6. *Nescitis quoniã corpora vestra, templa sunt Spiritus sancti qui habitat in vobis.*

DE BONITATE QVINTO *ATTRIBVTO DEI.* *CAPVT XIX.*

DEVS omnipotens dicitur & est Bonus: Scripturę autem Bonũ Deũ ostendentes sunt istę, *Psal: 34. 73. 85. 180. Iere: 31. 1. Esdr: 3. Iudit 11. Treno: 3. Daniel: 2. & 3. Nahũ 1. 2. Macha: 1. Mat: 19. Mar: 10. Ne-*

mo bo-

mo bonus nisi solus Deus. Hac bonitate quia Deus bonus est.

BONVS EST FILIVS DEI.

PAuebunt ad IEHouam, & ad bonum eius, in nouissimo dierum. Oseæ 3.
Dicebant quia bonus est. Ioannis 7.
Ego sum pastor bonus. Ioannis 10.

SPIRITVS SANCTVS BONVS.

FRuctus Spiritus est gaudium, pax, bonitas. Galat: 4.
Spiritũ tuũ bonũ dedisti eis, qui doceret eos. 2. Esdræ 9.
Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã. Psalm: 142.
Dabit Spiritum bonum petentibus se. Lucæ 11.

Ex his attributis quę hactenus cõmemoraui, & Christi ac Spiritus sancti propria esse ostendi, conficitur perspicua ac simplici argumentatione Filium Dei & Spiritum sanctum esse verè & natura Deum, vnum cum Patre in essen-

tia, quamuis ſint tres perſonę diſtinctæ: declarat hoc illorum ęqualis in operationibus poteſtas, declarant æqualia attributa, & non tantùm ſuprà allegata, verùm & alia multa, vt.

Sextū Dei attributum. *Summa in agendo Libertas, quam habet Filius Dei. Ioan: 3. 8. & 10. habet & Spiritus ſanctus Mat: 10. Lu: 12. 1. Cor: 12. Acto: 16.*

Septimum Dei attrib. *Immutabilitas, quam habet Filius. Mat: 24. Ioan: 6. & 10. habet & Spiritus ſanctus Acto: 1. 2. Corint: 5.*

Octauū Dei attributum. *Veritas, eam habet Filius Ioan: 1. 5. & 14. habet Spiritus ſanctus Ioan: 14. 1. Ioan: 5.*

Non difficulter itaq; pius lector cernere poteſt veriſsimā eſſe Eccleſię Catholicę doctrinam, Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, eſſe vnum verum Deū, & tres perſonas diſtinctas, quam confirmat illa ſcriptura 1. *Ioannis* 5. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pa-*

ter,

ter, λογος, & Spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt, hoc est, in essentia. Confirmãt & alię multę quę in superioribus articulis sunt declaratæ.

DOCTRINA CATHOLICORVM THEOLOGORVM de generatione Filij Dei, & ꝓcessione *Spũs sancti.* CAP: XX.

PAter principium est diuinitatis, quia sicut nunquã fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater, à quo Filius natus, à quo Spiritus sanctus nõ natus. Nascitur itaq; Filius ex Patre: sed quomodo nascatur hoc ẽ difficilè nobis scire, & vt Ambrosius est testis, impossibile, ait enim.

Aug: in li. de diffinitionibus orthodoxæ fidei, siue de dogmatib9 Ecclesiasticis.

Mihi impoßibile est generationis scire secretum, mens deficit, vox silet, non mea tantũ, sed et Angelorum, suprà Potestates, suprà Angelos, suprá Cherubin, suprà Seraphin,

1. de fide ad Gratianum Augustum

suprà omnem sensum. Concordat cum Ambrosio Tertulianus scribens de Trinitate. *Sacræ (inquit) & diuinæ Filij Dei natiuitatis arcana nec Apostolus didicit, nec Propheta comperit, nec Angelus sciuit, nec creatura cognouit, Filio sola nota sunt, qui Patris secreta cognouit.*

Quoniam verò fides nostra est, credere id quod ratio inuestigare non potest: satis esset omnibus credere indubitanter & simpliciter quod scriptura docet, videlicet, ꝙ Deus Pater est vnici Filij Domini nostri: neq; enim fas est seruo de natalibus Dñi disputare. Et ideo omnes Patres, quotiēs in eum articulum de ęterna generatione Filij Dei incidunt, solent citare dictum Esaiæ, *Generationē eius quis enarrabit?* Verùm quamuis ista quæstio grauis existat, & hu-

Esaiæ 53.

mano

mano captui explicatu difficilis, tamen constat ex scripturis Filiũ Dei esse Sapientiam à Deo genitam ante sæcula, substantialem & à Patre distinctã, cùm vna sit vtriusq; essentia: ideo Patres ne quęstionem prorsus subterfugere videantur, inhærendo S. scripturę, mysterium hoc potiùs adorandũ quàm scrutandum, autore Spiritu sancto inuestigantes, non vt debuerunt sed vt potuerunt, posteritati declararûnt. Afferam itaq; illorum in hac materia scripta: si curiosis non satis factum erit, sciant non mea sed aliena me ꝓtulisse. A pijs aũt & Christianis lectoribus, ꝙ hæc ardua ausus sum aggredi, veniã æquissimo iure peto, Christiano em̃ homini, & potissi-

tiſsimùm Epiſcopo licet Chriſti-
anę fidei neceſſaria tractare timo
re Dñi præſuppoſito. Cùm eñ f
dei dogmata in dubium vocãtu
à fanaticis hominibus, quos Dia-
bolus ad Eccleſiam Dei diſsipan
dam exſuſcitat, neceſſarium eſ
pijs Chriſtianis ſcuto fidei tella
improbi ſpiritus arcere, mente
inſtructas & armatas verbo Dei,
& ſanctorũ Patrum vnanimi do-
ctrina & conſenſu fidei habere, v
ſint muniti aduerſus illum hoſtẽ
q ſtudet labefactare fidem in co
dibus eorum.

Filius itaq; Dei Patris apud Ioã-
nem vocatur Verbum, vocatu
Sermo: λογος eñ Ieronymo teſt
apud Græcos multa ſignificat, v
delicet, rationem, ſupputationẽ
causam

causam vniuscuiusq; rei per quam sunt singula quę subsistũt. Quoniam verò primũ caput Ioannis Euãgelistę, de Verbo, Sathan miris artibus deprauare & eludere ꝑ veteres & nouos hæreticos semper conatus fuit, Verbũ illud genitum à Patre, non filium, nõ genitam sapientiam, non personam subsistentem, cũ Euangelista Spiritu sancto loquente, sed ꝓlationis: officij: vel dispositionis: aut dispensationis: vel oraculum vocis Dei: quo placitum est Deo arcanum suę voluntatis nobis reuelare, ꝑ illos intelligere voluit, ꝓut & nũc vult. Sic Machometus deuorator totius orbis Christũ Marię Filium ex Spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine nunci-

Azoara 4. 5. 11. 16. & 29.

Machomet quomodo intelligit Verbum.

ante

ante Angelo natum, Verbũ Dei esse docet,& Verbum Mariç cœlitùs missum. Dicit illum, faciem omnium gentium esse, cui ꝓpriè Deus animã suam contulerit, merum tamen hominem Nestorij & Samosetani falsa doctrina imbutus illum prædicat,& ab omnibꝰ confiteri vult, Verbum nõ aliter intelligens quàm officij ratione. Arius Verbum ex nõ extantibus creatum esse docuit: hodiè noui Ariani ex patre Ochino nati dicunt Verbum esse, Spiritum primogenitum, creatum ante mũdi constitutionem, cui Spiritui dedit Deus vim creandi mundum. Seruetiani verò dicunt Verbum hoc fuisse semen Christi in vtero virginis, quòd illo quasi rore na-

Arius Ochinus de Trinitate dialogo 2.

Seruetus.

Si Diabolus ore humano

tura-

turalis geniturę conceptus ſit, & ita carnem Chriſti eſſe de ſubſtãtia Dei, & Chriſtum Deũ de ſubſtantia Dei genitum, appellant. Ecce vides abſurdas opiniones, portentoſas abominationes, impias doctrinas, intolerabiles blaſphemias, quas pijs hominibus indicaſſe ac detexiſſe ſatis iuſta cõfutatio eſt, potiſsimũ quum antiquiſsimi Patres incipiẽdo ab Apoſtolis tales & his ſimiles errores ſummo cũ labore & vitę ſuę diſpẽdio, Satanę doctrinam eſſe oſtenderunt, autores eorum orco deſtinarũnt, ſcripta cõdemnauerũt, & falſa eſſe oſtẽderunt, aſſerentes & docentes λογον nõ à voce, ſed ex ſubſtantia Dei exiſtere, à Patreq́ generari: ita vt ſit vnus Deus

loqui potuiſſet, nõ alio ore vſus fuiſſet quàm Michaelis Serueti.

Greg: Neocæsarienſis in ſymbolo. Deus Pater Verbi viuentis, Sapientię ſubſiſtentis, imaginis ſuę integer, integrè genitor, Pater Filij vnigeniti, vnus Dñs, ſolus ex ſolo, imago Patris, Filius ſempiternus ex ſempiterno. Vnus Spiritus ſanctus ex Deo ſubſtantiam habens, q per Filium apparuit, ſanctificans, per quem Deus ſup omnia cognoſcitur. Hæc, inquam, eſt vera de Verbo Dei doctrina ab Euangeliſtis, Apoſtolis, diſcipulis Apoſtolorũ & õnibus Chriſtianę Catholicæ Eccleſię Patribus tradita. Quomodo autẽ Verbum hoc à Patre generetur, audi doctrinam eorũ q hoc Dei inſtinctu ꝑut potuerunt nobis patefecerunt: ita enim docent.

Imago & forma Dei filius à Paulo dicitur. Coloſſ: 1.

Filius vocatur Verbum, quia ſicut nos cogi-

tando

tando gignimus verbū, hoc est imaginem rei, de qua cogitamus: ita Pater intelligendo se gignit imaginem sui. Ea imago, quia cogitatione gignitur, verbum appellatur, sed nos cogitando non transfundimus substantias in verbum quod sonuimus, Pater aūt transfundit suam essentiam in verbum. Est ergo verbum persona distincta à Patris persona, sed tamen eadem est vtriusq; personæ essentia.

IN DECLARATIONEM SVPERIORIS DOCTRINAE de generatione Verbi, doctrina S. Thomæ Aquinatis.

Sciendum igitur quòd diuersa diuersum modū generationis habent: Generatio autem Dei alia est quàm generatio aliarum rerum, vnde non possumus attingere ad generationem Dei, nisi per generationē eius quod in creaturis magis accedit ad similitudinem Dei. Nihil est autem Deo ita simile sicut anima hominis vt dictum est. Modus autem generationis in anima est: quia homo cogitat ꝑ animam suam aliquid, quod vocatur cōceptio intellectus, et huiusmodi conceptio oritur ex anima sicut ex parte: & vocatur verbum in-

In compendio Theologiæ, opusculo sexto in expositione Symboli.

tellectus siue hominis. Anima igitur cogitando generat verbum suum: sic & Filius Dei nihil est aliud quàm verbum Dei: nō sicut verbum exterius prolatum: quia illud transit: sed sicut verbum interius conceptū, & ideo ipsum verbum Dei est vnius naturæ cum Deo, & æquale Deo.

ET IDEM S. THOMAS.

Ibidem. *VERbum Dei est Filius Dei: sicut verbum hominis est conceptio intellectus. Homo autem habet verbum mortuum aliquādo: & hoc quando cogitat facere aliquid, et voluntas illi faciendi non adest, quod in Deo non est: habet Deus secum voluntatem, habet & amorem. Sicut autem verbum Dei est Filius Dei, ita amor Dei est Spiritus sanctus: & inde est quòd tunc homo habet Spiritum sanctum, quando diligit Deum.*

NICOLAVS CVSANVS CARDINALIS IN CRIBRATIONE *Alcorani Libro 2. Cap: 3.*

DIuinam igitur Mentem, in qua omnia quæ creari possunt æternaliter consistunt, Christiani Patrem & creatorem appellant. Artem verò eius omnipotentiæ siue

sapien-

ſapientiam, ſiue ſcientiam, eius Filiū vocant per quem omnia facit: Voluntatem verò ſine qua nihil eſſe poteſt, cùm á Patre & Filio, ſcilicet mente & arte, procedat, Spiritū ſanctū confitentur, qui ōnia ad effectū ꝓducit.

PIVS SECVNDVS PAPA, AENEAS SYLVIVS ante dictus, in Epiſtola ad Morbiſanū Turcarum Principem.

NOS Deum Spiritum eſſe aſſerimus: incorporeum: immortalem: æternum & incomprehenſibilem. Qui dum ſeipſum intelligit: in mente ſua verbum cōcipit: quod nos Filiū Dei eſſe dicimus. Nec aliud eſt in Deo, ſeipſum noſſe atq; intelligere, quā Deū eſſe: nihil eſt enim in Deo niſi Deus. Deum autē, cuius eſt verbum, nominamus Patrem: & ꝓceſſum ipſius verbi, generationem Filij dicimus. Itaq; Pater & Filius vnum ſunt: nam verbum conceptum ab intellectu concipiente non diſcordat. Diuinus autem amor à Patre Filioq; procedens Spiritus dictus eſt: amat enim Deus quod de ſeipſo intelligit, id eſt, verbum quod concipit intelligendo. Verbum autem Dei, dicimus Filium Dei, qui & ipſe

 Patrem

Spūs ſāct9 amor ſiue charitas eſt Patris et Filij. Magiſt: lib. 1. ſentē: diſtin: 10.

Patrem nouit, & amat, atq; ita ſit vt amor ipſe, cui ſanctus Spiritus eſt nomen, ex Patre Filioq; procedat, ſitq; cum Patre & Filio pariter Deus. Rurſusq;, ſicut Dei Filius, qui eſt verbum Dei, in natura diuina ſubſiſtens Patri coæternus, perfectus et vnus Deus eſt: ita Spiritus ſanctus Deus, eſt Patri & Filio coæqualis & coæternus. Et quia ōne quod ſubſiſtit: in natura intelligibili apd nos perſona dicitur, apud Græcos υποςασις, conſequens eſt vt tres perſonas in diuinitate ponamus, quia tres ſunt ſubſiſtentes, Pater, et Verbū, & Spiritus ſanctus: neq; has perſonas dicimus eſſe per eſſentiā diuerſas, ſed per ſolas relationes diſtinctas, quæ ex proceßione Verbi et Amoris proueniunt. Hæc ille. Exiſtimamus ſufficienter nos oſtendiſſe ex Doctoribus Catholicam ſententiam, quomodo generatur verbum, & quomodo Pater generat Filium ſibi ſimilem, quomodo etiam Spiritus ſanctus ab vtroq; procedit. Quoniā verò demōſtrauimus de Filio id, ꝙ

promi-

promiſeramus, volumus etiã ꝓ-
ceſsionem Spiritus ſancti ex Pa-
tre & Filio rationibus & ſcriptu-
ris clariùs declarare & oſtẽdere.

SPIRITVS SANCTVS *A PATRE ET FILIO procedit.* CAP: XXI.

OStendimus Spiritum ſanctũ eſſe perſonã diuinam diſtinctam à Patre & Filio, & perſonã tertiam ſecundum ordinem in numerando, ſiue vt Epiphanius loquitur in appellatione: ſic enim in forma Baptiſmi ipſe Chriſtus Dñs tertium Spiritum ſanctũ appellat in ordine, dicens: *Baptiſantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti.* Eſſe tñ verum natura Deũ, Patri & Filio coæternum, coæqualem & conſubſtantialem. Cũ enim ſit Dei Patris & Chriſti Spi

 ritus,

ritus, oportet vt ſit cum Patre & Filio eiuſdem naturæ. Quòd aũt ſit Dei Patris & Filij Spiritus, teſtis eſt Paulus Roma: 8. de Patre enim ſic ſcribit: *Si Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, viuificabit etiam mortalia corpora veſtra per inhabitantem eius Spiritum in vobis.* De Filio autem hoc ibidem ſcribit: *Vos autem non eſtis in carne, ſed in Spiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quòd ſi quis Spũm Chriſti non habet, is nõ eſt eius.* Ad Gal: 4. vtrũq; pariter exprimit. *Quoniam autem eſtis filij: miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra, clamantem Abba, id eſt Pater.* Confirmatur idẽ ꝑmiſsionibus illis Spiritus ſancti, quas Chriſtus antequã crucis ſupplicium ſubiret Apoſtolis dedit, *Ioan 15. Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritũ veritatis. Et cap: 16. Ille Spiritus ſanctus me clarificabit, quia de meo accipiet, & renũciabit vobis.*

Spũs ſanctus, Spiritus Chriſti eſt.

Spiritus

Spiritus mittitur à Patre, ſed idem Spiritꝰ mittitur à Filio, & mittitur à Patre nomine Filij: & de his quæ ſunt Filij accipit, et Filium glorificat. Cùm igitur de corpore Chriſti, neq; de anima aliquid accipiat, certum ē illum accipere de Diuinitate, quam cum Filio & Patre communem habet, et ideo idem Patris & Filij eſt Spiritus. Et certè non veniſſet in Apoſtolos ſi Chriſtus per paſsionē ex hoc mundo non abijſſet. Et ideo valedicens Apoſtolis hanc conſolationē illis dat. Ego mittam promiſſum Patris mei in vos, expectate in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Mittitur autē Spiritus ſanctus non motu locali, omnia enim vt Deus replet, ſed tñ dicitur mitti: cùm aliquo modo incipit in ea creatura eſſe, in qua priùs non erat: nō ēm omnibus creaturis ineſt per dona ſua, & ꝑ ſanctificationem. Cùm igitur vel linguarum varietatem, vel fortitudinem, vel pietatem, aut ſimile ali-

Ioannis 16.

Filius miſſus dicitur, id eſt, incarnatus de Spiritu S. cū nouo modo incipit eſſe in mūdo per viſibilem carnem. Sic Spiritus ſāctus mittitur cùm nouum effectum operatur. Aug. lib. 4. de Trin. ca. 21. & libro 2. capit: 6.

quid operatur in homine, quum ſanctificat, quum renouat, tũ dicitur mitti. Fit verò miſsio dupliciter: Viſibiliter, vt fuit in columbæ ſpecie & in linguis igneis. Inuiſibiliter, olim Prophetis, nũc aũt fidelibus datur: qui em̃ hunc non habent, Chriſti non ſunt. In aſſumptione autem formę aſpectabilis, eſt quidem inſeparabilis: operatio Patris, Filij & Spiritus ſancti, ſicut & eorum natura eſt inſeparabilis: aſſumptio tamẽ formę ꝓprię ad vnam naturã ꝑtinet, teſte Auguſtino. Apparuerũt aũt formę Spiritus ſãcti ſicut oportunè apparuere debuerunt, creatura ſeruiente creatori, & ad nutum eius incõmutabiliter in ſe ipſo permanentis, ad eum ſignificandum

Miſsio Spiritus ſancti fit dupliciter.

candum

candum & demonſtrandū, ſicut & ſignificari & demonſtrari mortalibus oportebat, creaturę ſe nō copulando, neq; illam in vnitatē ſuę perſonę aſſumendo.

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

DE proceſsione Spiritus ſancti, vtrum tm̄ à Patre, vel à Patre & Filio ꝓcedat, inter Græcos & Latinos vehemens olim fuit controuerſia: id em̄ Græci recentiores negant. Anno em̄ Dn̄i, 600. & 606. Beati Gregorij Magni temporibus Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus æcumenicum Patriarcham ſe appellare cœpit: & ab illo tempore de primatu Græci contendere cœperunt, ſuumq; Patriarcham Cō-

 ſtanti-

ſtantinopolitanum vniuerſalem Epiſcopum Eccleſię Chriſti eſſe voluerunt. Cùm illis hoc iure diuino nō ceſsit: Petro em̄ ſpecialiter commiſsi ſunt agni & oues à Christo Dn̄o, & datę claues regni cœlorum: ne in fundamento religionis cū Latinis conſentirent, & perpetuum diſsidiū inter Græcam & Latinā Eccleſiam facerēt, Latinorum doctrinam de Spiritu ſancto in malā partē traxerūt, docentes cōtra vetuſtiſsimorum Græcorum Doctorum fidem & doctrinam Spiritum ſanctum ex Patre per Filiū pcedere, argutè potiùs & philoſophicè quàm verè. Etſi em̄ Arium deteſtarentur cum illius doctrina, tamen obliq; in eius errorem impingebant:

Negan-

Negantes enim Spiritum sanctũ à Filio sicut à Patre pcedere, æqualitatem Patris & Filij tollũt, Filiumq́ Patri inæqualem in diuinitate ponunt. Per omnia autẽ Filius Patri est æqualis secundũ diuinitatem. Facere aũt illũ inęqualem Patri, quid aliud est nisi Arij dogma sequi? Atq crediderim ego eandem quæstionẽ olim ab Arianis primũ motam, quãdo non alio consilio vetustiores Patres asserunt Spiritum à Filio pcedere, quàm vt æqualitatem Patris & Filij ostendant. Nostra aũt ætate, molesta ista quæstio renouatur ab hostibus sanctissimę Trinitatis ad inæqualitatem psonarum statuendam, Græcorũq́ vetus peccatum apud Latinos facit

nouum

nouum scandalum. Quare vt asseratur Catholica doctrina de ęqualitate personarum, breuiter ostendemus scripturę & veterũ Patrum testimonijs, Spiritum nõ à solo Patre, sed à Patre & Filio simul procedere.

1. *Argumentum.* *Ostendimus Spiritum sanctum in scripturis non minus Filij quàm Patris esse, Roman: 8. Galat: 4. 1. Pet: 1. Est autem Christi, vel de eius substantia, vel donatus à Patre: Sed non est donatus: (nam si donatus esset, non aliter esset Christi, quàm, quà Spiritus noster, Spiriritus est nobis à Deo datus) ergo est de eius substantia. Cùm autem Filius sit cum Patre eiusdem substantiæ secundum diuinitatem, manifestè apparet ex eadem substantia Patris et Filij Spiritum sanctum procedere. Procedit ergo à Filio æqualiter sicut à Patre: approbat hoc scriptura cùm dicit, Spiritum sanctum esse Spiritum Dei, Spiritum Iehouæ, hoc est, ex Deo procedere, & ex ipsius substantia esse: Deus autem Pater, & Deus Filius, non sunt duo Dij, sed vnus.*

Est

Est igitur Patris et Filij Spiritus, tanquam vnius Dei, ideoque ex vtroque procedit.

Nemo dat alicui alienum, sed suum propriū, potissimùm cū dat propria autoritate: Christus dedit propria virtute & autoritate Spiritum sanctum Apostolis Ioan: 20. & baptisat Spiritu sancto Ioan: 1. suū ergo Spiritum dedit illum, qui est de eius substantia. Non tantùm verò dedit, sed & de cœlis misit. Missio autem significat quandā processionem missi à mittente. Cùm autem Spiritus sanctus non est missus Filij imperio, minor enim Filio esset, neque consilio (si hoc nomine in rebus diuinus vti licet) quod tàm commune est Spiritui sancto quàm Filio: restat tertium, vt originis ratione missus dicatur à Filio: quomodo et missio Filij ad Patrem refertur, Filium autem pari potentia & autoritate mittere & dare Spiritum sanctū scriptura his locis testatur Ioan: 1. 14. 16. & 20. Lucæ 24. Non igitur donatus Filio, sed de Filij substantia est. 2. *Argumentum.*

Spiritus sanctus accipit ab illo de cuius est substantia: omnia enim illi, vt potè Deo, essentialia sunt, sed Filius de Spiritu sancto dicit: De meo accipiet, igitur non minùs ex 3. *Argumentum.* Ioannis 16.

Filio quàm ex Patre suam substantiã habet, nõ enim ab alio suam sapientiam quàm à quo substantiam accipit Spiritus: ideo etiam dicitur: Quæcunque audiet loquetur, videlicet à Patre & Filio. Audit à Patre, quia ex illo procedit. Audit à Filio, quia Filius dicit: De meo accipiet, quod vos doceat. Ergo manifestum est illum etiam ex Filio procedere, emanare & existere.

4. Argumentum. Si Spiritus sanctus à Filio non procederet, certè post resurrectionem suam Christus apparens discipulis & insuflans in eos, non diceret: Accipite Spiritum sanctum. Quid enim aliud significat illa insuflatio, nisi quòd Spiritus sanctus procedat de ipso?

5. Argumentum. Spiritus sanctus est virtus Altissimi, testatur hoc Angelus ad Mariam dicens: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Et ipse Dominus: Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Quòd aũt ista virtus erat Christi, docent nos eius miracula, potissimũ autem illud in muliere, quæ fluxum sanguinis patiebatur: cùm enim illa sanata esset per tactum fimbriæ illius, Christus Dominus loquutus est: Tetigit me aliquis, ego enim sensi virtutem de me exiisse. De qua etiã

virtute

virtute dicebat Euangelista: Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Si virtus Altissimi, id est Spiritus sanctus, exibat de Christo ad sanandum omnes ægros, quomodo non procedit ab illo?

Quæstio de processione Spiritus sancti inter Græcos & Latinos plùs fuit vocalis quàm realis, Græci enim cùm dicerent Spiritum sanctum procedere ex Patre per Filium, non intelligebant Filium instrumentum aliquod Patris esse, per quod vt per ministrum Spiritus sanctus mitteretur: Esset enim error Arij, qui dixit Filium esse ministrum Patris, et Spiritum sanctum ministrum Filij, sed intelligebant Filium causam esse processionis: eo modo sicut Latini principium subsistentiæ Spiritus sancti docent esse Filiū, sicut et Patrem. Quod vt verū sit, declarauit hoc Concilium Florentinū, in quo fuit Ioseph Patriarcha Constantinopolitanus, & Paleologus Imperator Orientalis, vbi disputatum est maximis contentionibus inter Latinos & Græcos de articulis quibusdam, videlicet, de Processione Spiritus sancti, de Asymo & Fermentato, de Primatu Papæ, de Transubstantiatione, de Purgatorio. Post longas ita — *6. Argumentum.*

dispu-

Fuit hoc Cõcilium Anno Domini 1439.

q; disputationes facta est vnio earũm Ecclesiarum, et scripta est definitio articuli de ꝓcesßione Spiritus sancti sub hac forma.

Approbante hac sancta Synodo Florentina, definimus vt hæc fidei veritas ab omnib; credatur Christianis & suscipiatur. Qui Spiritus sanctus à Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, et ex vtroq; æternaliter, tanquam ab vno principi & vnica spiratione procedit. Declarantes q id quod S. Patres & Doctores dicunt: Ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendere, vt ꝑ hoc significetur Filium quoq; esse, secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut & Patrem. Et quoniam ea quæ Patris sunt, ipse Pater Filio suo vnigenito gignendo dedit (ꝑter esse Patrem) hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus est. Definimus etiam explicationem verborum illorum (Filioq;) veritatis declarandæ gratia: et imminente tũc necesßitate, licitè & rationabiliter, symbolo

fuisse

fuisse appositum. Sic de Asymo & fermentato pane triticeo definitum est, quòd in vtroq; veraciter Corpus Christi consecratur. &c. Susceperunt illa & alia Decreta huius Concilij non tantū Græci, verúm et Armeni.

Patet itaq; hoc esse verum quod diximus: Quòd inter Græcos & Latinos, plus de verbis quàm de re pugna fuit. Quoniã verò Græci, & eorum Religionis sequaces sunt obseruãtissimi Paternarum traditionum, & maxima apud illos est autoritas Patrum siue Doctorum suorum, miramur cur veritatem istius doctrinę, Spiritum ex Patre & Filio procedere, ex doctrina antiquorum suorū Grę corum Doctorum imitati non sunt? Illi enim maximè hanc sententiam confirmant. Quorum scripta, ad confirmandam no-

ſtram fidem, breuiter adducemus.

CHRISOSTOMVS IN SYMBOLVM APOSTOLORVM HOMIL. II.

SPiritum Sanctum dicimus Patri & Filio eſſe coæqualem, & procedentem de Patre et Filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant mores veſtros bonos. Sunt enim Hæretici, quorum ſermo velut cancer ſerpit, qui Filium minorem à Patre æſtimant: Spiritum ſanctum inter creaturas eſſe ordinatum: ſed cùm hæc audieritis à peruerſis, nolite peruerti.

IBIDEM.

Videte vbique ſacramentum TRinitatis. Ecce in Spiritum ſanctum credimus: qui Spiritus ſanctus procedens de Patre & Filio, charitate coniungitur.

DYDIMVS DE SPIRITV S. LIBRO II.

DEhinc in conſequentibus de Spiritu veritatis, qui à Patre mittatur, & ſit Paracletus, Saluator, qui & Veritas, ait: Non enim loquetur à ſemetipſo: hoc eſt, non ſine

sine me, & sine meo & Patris arbitrio: quia inseparabilis à mea & Patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex Patre & me est: hoc enim ipsum quod subsistit & loquitur, à Patre & me illi est. Ego veritatē loquor: id est, inspiro quæ loquitur. Siquidem Spiritus veritatis est.

ATHANASIVS EPISTOLA I. AD SERAPIOnem.

QValem, inquit, proprietatem cognouimus Filium habere cum Patre, eandem comperiemus & Spiritum sanctū habere cum Filio, & quemadmodum Filius dicit: Omnia quæcunq; habet Pater, mea sunt, sic hæc omnia comperiemus esse per Filium in Spiritu sancto. Et paulò post: Proinde quemadmodum Filius eò quòd habet proprietatem cum Patre, quòdq; proprium germen est ex illius substantia, non est creatura sed Patri ὁμόουσιος, hoc est, eiusdem essentiæ: sic haudquaquam Spiritus possit esse creatura, quin potiùs impius est qui hoc dicat, eò quòd habet proprietatem cum Filio, quódq; ex illo datur omnibus: deniq; quòd quæ habet, Filij sunt.

ITEM ATHANASIVS IN SERMONE NICENI CONcilij, in interpretatione illorum verborũ, Accipite Spiritum sanctum, introducit personam Filij ad Patrem loquentis.

QVomodo erunt consumati ipsi? nisi ego Verbum tuum consumem? id est perfectum assumam, & perficiam in me hominem: et eis, mihi æqualem, per omnia mihi cooperantem, donem Spiritum sanctum. ET ITERVM. Sicut me perfectũ genuisti Deum, & perfectum me fecisti assumere hominem, sic ex te, & ex mea essentia, da eis perfectum Spiritum sanctum.

ET IDEM IN EPISTOLA AD SERapionem.

HVnc Spiritum sanctum à Filio te recepisse credo, ô sancte Sacerdos. ET ITERVM. Hic est ordo Diuinæ naturæ à Patre, & Filio: vt qui à nullo est, à nullo mittatur: & qui est ab alio, in nomine suo nõ veniat, sed in nomine illius à quo existit. Ita Spiritus sanctus qui à se nõ est, à se venire non debuit, sed in nomine illius à quo est, vt hipostasis sit Deus.

Cyril-

CYRILLVS, Thesauri Lib. 13. qui est de Spiritu sancto: sæpè hoc repetit, Spiritum sanctũ ex substantia Patris & Filij esse, & naturaliter quoque atque essentialiter ex Filio sicut ex Patre prouenire. Non tantũ verò in illo Libro, verùm & in alijs. In Ioannẽ enim scribẽs dicit, proprium esse Spiritum sanctum Dei Patris, sed non minus ipsius Dei Filij: nõ alium & alium Spiritum, sed eundem. Sic & ad THEodosium Imperatorem: *Spiritus sanctus sicut est proprius Patris à quo procedit, sic & in veritate est ipsius Filij. Si ergo Patris est, non solùm quia ab ipso temporaliter datur et mittitur; sed etiam quia ab ipso æternaliter existit: eadem ratione & Filij erit, ab eo æternaliter existens.* Et in Exhortatorio Sermone ad eundem: *Saluator de seipso producit Spiritũ, & spirat sicut et ipse Pater.*

Nestorius hereticus Episcopus Cõstãtinopolitanus Chrũm purũ hõinẽ ex S. virgine natum asseruit.

IN EPHESINO CONCILIO, quod tertio loco inter Oecumenica numeratur: Epiſtola, ex cõmuni cõſenſu Patrum Concilij, ad Neſtorium miſſa eſt: cuius haud dubiò autor fuit Cyrillus, qui vice ſancti Cœleſtini Papę Cõcilio pręfuit. In ea aũt ſic ſcribitur:

Cyrillꝰ Alexandriæ Epiſcopus fuit.

Spiritus ſanctus eſt appellatus Spiritus Veritatis, & Veritas Chriſtus eſt: vnde et ab iſto ſimiliter, ſicut à Patre, procedit.

Ex his omnibus Græcis Doctoribus, & ex Concilio Oecumenico, vniformis doctrina oſtenditur: Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere. Quoniam verò recentiores Græci, antiquorum ſuorum Doctoꝝ, confeſsionem & doctrinam tranſmutauerunt, & ſchiſma in vna Fide Chriſtiana fecerunt; nihil aliud

fuit

fuit in cauſa, niſi odium. Quod ſæpe ita occupat animum, vt nõ poſsit cernere verum.

Habebant illi vltra Philoſophica & Zophiſtica Argumenta, duo præcipua, quibus doctrinę ſuæ patrocinabantur.

Primum. Chriſtus Patri tantum tribuebat, quòd Spiritus ſanctus ab ipſo procedat. Ioan. 15.

Secundum. Quatuor Concilia generalia, videlicet, Nicenum, Epheſinum, Conſtantinopolitanum, & Calcedonenſe, non tenent omninò de hac proceſsione Spiritus ſancti, quòd à Filio procedat. Nicenum enim tantũ mandat, credere in Spiritum S. de proceſsione illius ex Patre & Filio, nihil docet. In Conſtan-

tinopolitano verò, contra Macedoniũ & Pneumathomachos, post illud, *Et in Spiritum sanctum*, additum est, *Et viuificantem, qui ex Patre procedit: qui cum Patre et Filio simul adoratur, & conglorificatur*: de processione ex Filio, nihil dictum est.
Filij autem nomen, contra impositum, anathema à Patribus, à Latinis est additum. & vbi Cõciliũ dicit, *Qui ex Patre procedit*, Latini addiderunt *Filioq*. Sunt igitur anathema, quia ausi sunt illud addere, quod non debuerũt, neq; potuerunt.
Ad quę Argumenta breuiter illis respondemus. Si Christus exclusiuam particulam tantum adderet, in verbis illis Ioan. 15. valeret eorum Argumentum. Exclude-

cluderet enim ex ſe proceſsionẽ Spiritus, ſi diceret: *Qui à Patre, tantum, procedit.* ſed non dixit, тantũ: igitur nec Græcis excluſiua eſt admittenda. Nec Filius ſuũ Spiritum à ſe excluſit. Filius enim ſolet ad Patrem referre, quòd cũ ipſo habet commune: non facta ſui mentione: & hoc cùm in perſona Mediatoris loquitur. Cùm autem loquitur vt λογος & Filius Dei, verus Deus: apertè declarat, ſe Spiritum ſanctum mittere, dare, & illũ ex ſuo accipere.

Concilia autem: diuerſa quidem ſtatuerunt, ſed non contraria. Diuerſa autem oportuit illa ſtatuere, cauſa neceſſitatis. De quibus enim Articulis tum controuertebatur, quando aliquod

Concilium celebrabatur, oportuit vt Concilium de illis doceret & oſtenderet veritatem : falſitati finem imponendo. Et ideo Epheſinum Concilium non errauit, quòd à Patre & Filio Spiritum ſanctum procedere, ſcripſit Neſtorio. Sic & Latini non errauerunt, quòd Niceno Symbolo (*Filioq;*) addiderunt : quoniam æqualitatem in Diuinitate Patris, & Filij, per hoc oſtendere voluerunt. Ita & Conſtantinopolitanum Concilium, etſi in ſuo Symbolo non expreſsit Spiritum ſanctum à Filio procedere : in illo tamen Patres excluſiua particula, Tantum, non ſunt vſi : ſciẽtes manifeſtè ſcripta Patrum, quibus illi Spiritum ſan-

ctum

ctum à Filio procedere apertè probant. Procesſionem itaq; Spiritus ſancti ex Patre & Filio eſſe, ſufficienter oſtendimus: talem, qualem ſcripturę, & Patres docent. Admonemus tamen, vt fideles ſciant, Spiritum ſanctum inſeparabilem eſſe à Deo: à quo procedit. Quemadmodum enim à Sole lux emanat: & fluuius è fonte deriuatur: & ab igne calor procedit: ita inſeparabiliter Spiritus ſanctus à Deo emanat. Et hoc, vt in diſtinctis hypoſtaſibus identitas ſubſtantię exiſtat.

SPIRITVS SANCTVS *CVM PATRE ET FILIO SIMVL ADORATVR, ET CONGLORificatur.* CAPVT XXII.

PROcedere Spiritum ſanctũ à Patre & Filio, oſtendimus.

Docu-

Documus illum esse Deum, Iehouam. Etiam distinctam à Patre & Filio personã, viuam, coęternam, coessentialem Patri & Filio. Nunc etiam declaramus ex scripturis, illum interdũ simpliciter poni, vt cùm dicit Euangelista: *Ductus est Iesus in desertum*
Mat: 4. *à Spiritu.* Interdum cum epithe-
Mat: 10. tis: vt cùm ostenditur esse Spi-
Galat: 4. ritus Patris, Spiritus Filij, Spi-
Genesis 1. ritus Eloim, Spiritus Dei, Spi-
Romano: 8. ritus Iehouę. Præterea ab effe-
Esaiæ 61. ctu ipsum sortiri nomina: vt Spiritus sanctus, *Ioan*: 20. *Accipite Spiritum sanctum*, qui sanctitatem impertit. Spiritus gratiæ & precũ, quia gratiam Dei adfert, & preces exsuscitat. *Zachariæ* 12. Spiri-
Romano: 8. tus adoptiõis filiorum Dei, Sapien-

pientiç, Consilij, Fortitudinis, *Esaiæ 11.*
Pietatis, Spiritus Veritatis, Pa- *Ioannis 16.*
racletus, Consolator, &c. Hæc omnia ideo ostēdimus, vt quisq; intelligat & cognoscat, Spiritum sanctum, non cogitationem, aut agitationē, aut motum, esse Patris & Filij: sed personam Diuinitatis ordine tertiā, à Filio Dei lucidissimè nobis manifestatam.

Spūs sāctus nō est agitatio creata in hōinibus, nec significat Patris potētiam & efficaciam.

Qui vbi vult spirat, dans dona varia hominibus: & diuidens singulis put vult. *Ioannis 3.* Qui erat semper, est, & erit: neq; incipiens, neq; desinens: sed semper Patri & Filio coordinatus & connumeratus. Neq; enim decebat aut Filium aliquando defuisse Patri, aut Filio Spiritum: ignominiam enim pateretur Diuinitas.

Greg: Nazianzenus oratiōe 5. Pētecost.

Quoniam

Quoniam autem est coëssentia-
lis Patri & Filio: tribuuntur illi
etiam in scripturis eadem opera,
quę Patri & Filio, vt iam supra o
stensum est. Est enim creator, om
nipotens, immensus, qui præsens
adest credentibus, substantiã ha-
bens incircumscriptam, æternus.
Est Ecclesię Dei collector, guber
Mat: 22. nator, conseruator & ꝓpagator,
Acto: 20. omnibus temporibus, in Prophe
Ioannis 4. tis & ellectis habitans. Est regene
Galat: 4. rator, viuificator, sanctificator,
Ioan: 3. 6. *Tit*: 3. Director oratio-
num & instructor, qui peccatis
offẽditur, nec habitat in corpore
Sapien: 1. 8. poluto peccatis. Hoc Spiritu a-
doptamur in filios Dei *Romano*: 8.
Hic Spiritus doctrinam cœlestẽ
ꝓpagat & conseruat *Mat*: 10. *Ioã*. 14.
Est

Eſt cõſolator cordium *Ioel: 2.* eſt robur fidei & conſolationis, habitat in pijs *Ioan: 14. 1. Cor: 3.* Hæc omnia opera Spiritus ſancti docent nos illum non tantum diuinam perſonã eſſe, verùm & ipſum natura Deum, cum Patre & Filio omnia æqualiter operantem. Ideo & ipſe Chriſtus Dñs, cũ noſtrã regenerationem in vitam æternã inſtrueret in baptiſmo noſtro, nõ tantum Patris & ſuam perſonam collocat, verùm & perſonam Spiritus ſancti oſtendit eſſe cũ Patre ac ſecum operatricem & effectricem regenerationis noſtrę & vitę æternæ. Demum ad diuinum honorem, quẽ ſcriptura Spiritui ſãcto tribuit, hoc etiam maximè pertinet, quòd eum ſacræ literæ

nunquam annumerant creaturis, ſed Patri & Filio coniungunt, veluti in ſupra cõmemorata baptiſmi formula, in baptiſmo Chri-
1. Cori: 12. ſti, in diſtributione gratię & ſpi-
Geneſis 1. ritualium donorum, in creatiõis
Pſalm: 33. mentione, in hiſtoria conceptio-
Lucæ 1. nis Chriſti, in ędificatione ecclecleſiæ *Epheſ*: 2. Ibidē ſcribitur per Chriſtum nos habere aditũ in vno Spiritu ad Patrem. Et 3. cap: orat Patrē Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt corroborentur per Spiritũ ſuum in interiori homine, vt inhabitet in eis Chriſtus. Ita & Petrus in initio prioris Epiſtolę Spiritum cum Patre & Filio cõiun-
1. Ioan: 5. git. Ioannes verò, non tm̃ Spiritum Patri & Filio connumerat, verùm cum his vnum eſſe ait.

Tres

Tres sunt (inquit) qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.

Pertinet quoq; ad diuinũ honorem illud, quod Ecclesia in symbolo fidei ab Apostolorum vsq; temporibus, semper confessa est se credere in Spiritum sanctum: illumq́; cum Patre, & Filio, simul adorare. Pater enim, Filius & Spiritus sanctus, simul creduntur & adorantur: eò, quòd est vna trium Deitas: quia tres vnũ sunt. Pater enim nunquam fuit solus, sed semper fuit cum Filio & spiritu sancto. Ideo Loth, in illis *Genesis 19.*
tribus qui apparuerunt Abrahamo, cùm irent perdere Sodomam, & illum de periculo Sodomę liberauerũt, ne in monte intereat, inuocauit, sub nomine Ie-

O houah,

houah, Patrem ſimul Filium & Spiritum S. & exauditus eſt. Demum spiritusſanctus, qui apparuit in gloria Maieſtatis ſuę: & qui locutus eſt in Prophetis, inuocatus & adoratus fuit ab ipſis Prophetis. *vt patet Eſa 6. Ezech. 2. 11.*

Adhæc teſtimonia alia, ex nouo Teſtamẽto adiungenda ſunt: potiſsimùm verò forma Baptiſmi, à Chriſto inſtituti. Cùm enim tingimur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, teſtificamur nos recipi à Deo, quẽ ſuper eos qui baptiſantur inuocamus. Inuocamus autem Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum: vt oſtendamus æquè ad omnes tres perſonas dirigi noſtram inuocationem: & ideo parem illis fidem & hono-

honorem deferimus. Qui enim in nomen alicuius baptiſatur, is fidem ſuam illi obſtringit: ac in eius militiam nomen dat. Ideo Paulus Corinthios reprehendit: quorum alij ſe Pauli, alij Apollo, alij Cephę nominabant. Quoniam in nomen Christi, non in Pauli nomen, baptiſati erant. Quare cùm Baptiſmus datur, in nomine, vel in nomen, Patris Filij & Spiritus ſancti, & horum triũ ſit vnum opus, ac indiuiſa operatio, conſequitur vnam quoq; eoꝝ naturam eſſe, ſeu natura eos vnum eſſe: vnam eorum eſſe poteſtatem, autoritatem, & mandatum. Ideoq; vnam illis fidem, adorationem ac inuocationẽ, ab illis omnibus eſſe exhibendam,

qui remiſsionem peccatorum,& adoptionem filiorũ Dei,per nomen eorum, in Baptiſmo acceperunt. Baptiſmus igitur formula eſt inuocationis, ab ipſo CHriſto Eccleſię tradita: quoniam baptiſatus ad fidem, cultũ, & inuocationem, illius Dei Patris,Filij,& Spiritus ſancti,in cuius nomen baptiſatus eſt,obligatur. Baptiſma enim, & eius vnitatem cum fidei, immò cum Dei ipſius vnitate, quadam analogia coniungit,ad Ephe. 4. Paulus dicens: *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium qui eſt ſuper omnia, per omnia, & in omnibus.*

Diſcimus etiam inuocationẽ Spiritus S. ex Diui Pauli verbis illis, quę ſcribit ad Corinthios:
2. Cor: 13. ſimul inuocans Patrem, Filium,

& Spi-

& Spiritum ſanctum: *Gratia (in-quit) Domini noſtri IEſu CHriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus, ſit cum omnibus vobis. Amen.* *Paulus Apoſtolus inuocat Trinitatem.*

Gratia, charitas, & alia dona optima, à ſolo Deo petuntur. Hîc autẽ Apoſtolus, illa à Patre, Filio, & Spiritu ſancto, ſicut ab vno vero Deo petens, tres nominauit: ergo vnum Deum, in tribus perſonis, ſimul inuocauit. Adoratio itaq;, & inuocatio Patris, & Filij, & Spiritus S. propter vnitatem Deitatis, & operationis æqualitatem, eſt æqualiter faciẽda tribus pſonis: quoniam hi tres vnum ſunt, ergo tres ſimul adorari debent. Exemplũ habes in Paulo, qui Trinitatẽ hãc adorauit, & inuocauit. Sciuit eñ Patrem eſſe in Filio, & Filium in *1. Ioannis 5.* *Ioannis 10. & 14.*

 Patre,

Patre, vnitate naturę. Spiritum verò ſanctum, eſſe Patris & Filij Spiritum, ideoq; à Patre & Filio inſeparabilē: & propterea tres ſimul adorauit & inuocauit. Quod etiam ante eum ABRaham fecit, ſcriptura teſte: Geneſ.18. & 19.

Coniungenda quoq; eſt cū ſupra allegatis ſcripturis, ſolennis Eccleſię glorificatio, qua Spiritum ſanctum cum Patre & Filio glorificamus, dicentes: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et iterum. Deo Patri, & Filio, cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, in ſecula ſeculorum, Am̄. Quæ glorificatio ab antiquiſsimis temporibus adhuc ante Ariū & Macedonianum in Eccleſia fuit in vſu. Citat huius rei teſtes Baſilius

Eccleſia ab antiquis tēporibus ſimul cū Patre et Filio, glorificat Spiritum ſanctum.

lius Antiquiſsimos Patres, Irene-
um, Clementem Romanum, Di
oniſium Alexandrinū, Euſebium
Paleſtinum, Origenem, Africanū
hiſtoricum, & alios, qui omnes,
Spiritum ſanctum Patri & Filio
in glorificatione coniunxerunt.
His adiungit Orientales omnes,
Capadoces, Occidētem totum,
ab Illirico vſq; ad fines noſtri or-
bis. Quibus nos addere poſſu-
mus Ciprianum Epiſcopū, è quo
colligere poſſumus, quid Eccle-
ſia in Africa de Spiritu S. ſenſe-
rit. His orōnem de Spiritu s. ita
inchoat: *Adeſto ſancte Spiritus, et pa-
raclesim tuam illabere cœlitùs: ſanctifica
templum corporis noſtri, & conſecra in ha-
bitaculum tuum: deſiderantes te animas tua
præſentia lætifica. &c.* Eadem orati-
one tribuit Spiritui ſancto ſem-

piternã virtutem & Diuinitatẽ.

Veteris itaq; Ecclesię testimonia, & doctrinã intueamur: sanctorum virorum, Ecclesię Catholicę, antiquissimorum Doctorum, fidem teneamus. Fides eñ & doctrina veteris Ecclesię, nulla testimonia habens, semper suspecta est: & quę à veteribus dissentit, nunquam caret suspiciõe. Teneatur illud Origenis præceptum à nobis, quo ab illo docemur, vt seruemus Ecclesiasticam prædicationem, per successionis ordinem ab Apostolis traditam, & vsq; ad præsens in Ecclesia per manẽtem. Illa enim sola credenda est veritas, quę in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Hoc ideo admonemus, vt in cõfessio-

In Periarchon cap. 1.

fessione sempiternę Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, eiusdem vnius Diuinitatis permaneamus firmiter. Hæc enim fides & cōfessio, ab Apostolico & sanctorum Patrum symbolis, ab omnibus Catholicę Ecclesię Doctoribus, est nobis tradita. Martyrum sanguine, & Confessorum constantia comprobata: quę à nobis, Ecclesię Catholicę doctrinę custodibus & ministris, debet firmiter instrui & doceri, vt conseruetur in omnem ęternitatem. Quoniam verò tam ex S. scripturis, quàm ex Patribus manifestè ostendimus spiritum sanctū cum Patre & Filio simul credendum, adorandum, & glorificandum: petendus est Deus, vt fidē

hanc suam conseruet in pectoribus nostris: vt semper de illa cũ assensione, meditemur & cogitemus. Vt cõfirmet corda nostra, & cõscientias nostras: vt de ipso recte sentiamus, nec ab eo aberremus. Et si quis nondum hæc omnia mysteria fidei suę capit, prout capere illa intellectu minime potest: is simplici fide teneat & sequatur ea, quę in symbolo didicit, & oret cum Apostolis: Domine adauge nobis fidem. Et cũ patre pueri muti: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

Fides est cogitare cũ assensione, ea quæ ad Christianam pertinent religionem. August: de p̃de: sanctorum.

Lucæ 17.
Marci 9.

Quoniam vero hostes Diuinitatis Filij Dei, necnon confeßionis Sanctißimæ Trinitatis inimici, non tantum cum ipso Deo omnipotẽte bellum gerunt, sed etiam cũ imagine ipsius Dei, videlicet cum Anima hominis, omninò illã mortificantes, et vaporem ad modicũ du-

rantem appellantes: placuit vltimum Articulum huic nostro libello addere, hunc vezt.

ANIMA HOMINIS EST IMMORTALIS. CAPVT XXIII.

INter illa quę hac luce sub cœlo nobis incognita sunt, & magis abstrusa, Anima nostra est: adeò, vt vere propter illam dicat Beatus Bernhardus: *Ex meipso cognosco quòd Deus incomprehensibilis est, quia meipsum non comprehendo.* Cui dicto Bernhardi, assentire videtur illud dictum Prophetę DAuid: *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Miratur quidem Propheta, Dei sapientiam quàm magna sit, ex seipso. Ex hoc enim quòd seipsũ homo non cognoscit, qui tamen se credit aliquid scire: iustum est vt miretur scientiam eius qui omnia nouit, & nihil absconditũ

Psal: 138.

est

eſt ab oculis eius. Ex hoc itaq; tã obtuſo intellectuAnimę, circa ſe ipſam cognoſcendam: euenit, vt de eius qualitatibus & ſubſtantia multi orti ſunt errores. Omitto eos, quos philoſophi gẽtiles ãplexati ſunt: non eñ contra eos nũc agimus, ſed contra eos, qui Chriſtianam Philoſophiam, Doctrinamq́; Euangelicam, ſectari ſe iactant.

Collegit Alphonſus de caſtro Minorita, ſcribens aduerſus hæreſes, octo errores, quorum autores Doctores Chriſtiani erãt: in quibus oſtendit, quomodo illi praue atq; peruerſe, de Anima hominis ſenſerunt & docuerunt. Quorum errorum breuiter ideo mentionem faciemus, quoniam in

in illorum numero erit & iſte, de quo nobis eſt ſermo: Error videlicet eorum, qui dicunt Animas eſſe mortales, ſimulq́; mori cum corpore.

Primus itaq; error fuit de Anima, Petri Iohannis, tēpore Clementis 5. Papę. Huius hæc erat ſententia: *Anima rationalis, in quantū rationalis eſt, non eſt forma corporis: ergo ſub illa homo, non habet quòd ſit rationalis: quia ſub illa ratiōe (vt inquit) nō eſt forma.* Quoniam verò iſte error nō eſt merè Theologicus, ſed eſt plus Philoſophicus: Philoſophis potiùs, quàm Theologis, hæc quæſtio eſſet relinquenda. Ne autem Lector in ambiguo relinquatur, breuiter declarabimus iſtius erroris ſententiam. Qui vt cognoſcatur, primùm oportet ſcire, q̄d

ſit

ſit forma. Forma autem eſt,quę dat eſſe rei : quę ſcilicet adueniens materię, dat eſſe cuiq; rei : quoniam materia vna eademq; eſt in omnibus ſubſtantijs corporeis. Secundum hanc ergo formę aſsignatam rationẽ, manifeſtus eſt error,negare Animam rationalem eſſe formã corporis humani,etiam in quantum ratiõalis eſt. Ex eo namq; ſequitur,hominem ipſum minimè rationalem eſſe : quod eſt erroneum. Nam quòd homo rationalis ſit, aut habet à forma, aut à materia : non enim aliunde id illi aduenire poteſt : Eſſe autem illũ rationalem nõ accidẽtaliter, ſed eſſentialiter omnes agnoſcunt. Quoniam autem partes eſſen-

tiales nullas alias habet, nisi materiã & formam, à materia certum est non oriri, quòd homo sit rationalis: cùm hac ratione omnes substantias, quę similem habent cum homine materiam, oporteret esse ratiõales. Prouenit ergo à forma, quòd homo rationalis sit: nam illa est (iuxta definitionem datam) à qua res suam habet perfectionem. Si enim à forma hoc non haberet, à nulla parte essentiali haberet quòd esset rationalis: post quam à materia id nõ habet. Esset ergo simpliciter homo censendus sine ratione, quod est erroneum.

Hunc errorem Cõcilium Viennense cõdemnauit sub eodẽ Clemente. Cuius Concilij definitio

poni-

ponitur in Lib. Epiſt. Clementinarum, Tit. de ſum̄. Trin. & fide Catho. Cap. vnico.

Secundus error de anima fuit, qui docuit, prius formatā Animā eſſe, quàm corpus. De hoc Lector legat Hieronymi Epiſtolam ad Pamachium. Inuentor illius, Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus fuit. Secutus eſt eum Philiaſter Brixienſis: qui tā firmiter illi adhæſit, vt in ſuo Libro de Hæreſi, dicat eſſe hæreſim, aſſerere prius corpus Adę eſſe creatum, quàm Animam. Fundamentum autem iſtius ſuę doctrinę habuit, ex Cap. 1. Gene. vbi dicitur: *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam.* Quoniā verò iuxta Animam homo creatus

eſt

eſt ad imaginem Dei, non iuxtà corpus: putauit Philiaſter tunc de Animę creatione ſolùm agi. Et cùm dicitur, *Formauit Deus hominem de limo terræ,* de ſola corporis formatione dictum eſſe intellexit: ſed ex praua ſcripturę intelligentia hoc illi accidit. Non intellexit enim, quòd vtroq; illo loco ſcriptura loquitur, de totius hominis formatione. Et ſcripturę s. morem eſſe, aliqua per anticipationem ſemel ſub compēdio dicere, & poſtea ad illa longiùs differenda redire. Dixerat enim prius hominem eſſe à Deo ad ſui imaginem creatum, ſed vnde factus fuerat, nō dixerat. Ideo 2. cap: id repetit, vt expreſsiùs oſtendat: quomodo factus ſit ho-

mo. Quando verò Deus illi animam infuderit: & quòd id fecerit prius formato corpore: textus indicat Gene: 2. *Formauit igitur Deus hominem, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Anima aũt Adę nihil aliud fuit, nisi illud spiraculũ vitę quod Deus inspirauit in faciẽ eius.

Tertius error de Anima fuit illorum, qui astruebant Animã esse, aut Dei substantiam, aut ex Dei substantia. Hoc monstrũ doctrinę Gnostici primùm inuenerunt, quamuis à nonnullis Nicolao Diacono, de quo Acta Apostolorum testãtur, hic error asscribatur. Ireneus inuentorem primum Carpocratem asserit, quem postea suscitarunt Manichæi, quorum erat diuersa doctrina: multi enim sub

hæc

hac heresi militarũnt. Sed iam ostensum est in secundo errore, hominem ex inspiratione Dei ANimam viuentem habere, non Dei aliquam substantiam. Sicut enim flatus ex ore hominis ꝓdiens nõ est de substantia hominis, sed ex àére circumfuso: ita omnipotens Deus non de sua natura, neq; de subiacenti materia, sed etiam de nihilo potuit facere flatum, quẽ corpori Adę inserendo inspirasse vel insuflasse conuenientissimè dictus est. Demum, Anima si esset de substantia Dei, haberet Dei proprietates: quemadmodũ pater & filius, videlicet Iacobus & Paulus, hij quoniã eiusdẽ sũt substantię in eademq; sunt specie, easdem habent proprietates, præcipu-

cipuè quę naturaliter adſunt, & minime ſeparari poſſunt. Eſſe enim vnum ſicut & alterum rõnalem, riſibilem, mortalem &c. conſtat apertè. Multę aũt ſunt ꝓprietates Dei neceſſario illi attribuendæ, quę animę hominis nullo pacto conuenire poſſunt. Non ẽ ergo Anima de ſubſtantia Dei.

Quartus error de Anima hominis, Animam non eſſe creatam à Deo, ſed ab Angelis. Sic docuerunt Seleucus & Hermias Gallatæ. Alij dicebant eſſe Animã filij ex Anima patris vt corpus ex corpore, Auguſtino teſte. Huius erroris autor fuit Tertulianus: dixit enim Animam eſſe corpoream, quãuis immortalem. Hunc errorem docuerunt Apolinaris & Lu

De Hereſib9 ad Quodvultdeum. cap: 86.

ciferi-

ciferiani. Omnia iſta falſa ſunt: Deus enim eſt creator omniũ rerum, *Sapien: 1. Heb:13.* viſibilium & inuiſibilium, *Apoca: 4.* Si omnium rerum eſt creator, ergo & animarum. Quòd aũt non ex parentibus, neq; ab Angelis eſt Anima hominis, declarat S. ſcriptura Eccle: 12. dicens. *Reuertetur puluis in terram ſuam ſicut erat, et ſpiritus reuertetur ad Dominum qui fecit illum.* 2. Machab: 7. dixit mater ſeptem filijs p lege Dei varijs tormentis occiſis ab Antiocho: *Non ego ſpiritum & animam donaui vobis, ſed mundi creator qui formauit hominis natiuitatem: Finxit enim Deus ſingilatim corda noſtra. Pſal: 32.* Falſum ẽ ergo quod Heretici docuerunt, de Angelis & de traduce. Fuſius de hac doctrina lege Auguſtinum in Epiſtola ad Hieronymum.

Deus creator omnium rerum.

 Quin-

Quintus error fuit de Anima, illorum, qui aſſerebant Animas malorum hominum poſt mortẽ conuerti in Dæmones, Auguſtinus de Hereſibus ad Quoduultdeũ, hanc hereſim Tertuliano aſſcribit. Sed quoniam Chriſtus Dñs malorũ & bonorum Animas ꝑ meritis e-
Math: 25. orum remunerandas in Euangelio docẽs nullam in illis tranſmutationem oſtendit, immo illas in ſuo eſſe accipere futura gaudia, & pœnas declarat: Falſus eſt iſte cũ ſua doctrina, quiſquis ille fuerit.

Sextus error aſſerebat tranſire Animas de corpore in corpus: ita, vt vno mortuo homine in alterum tranſeat. Pytagorę ſchola hæc antea docuit: poſtea verò Albigenſes heretici, orti Anno Dñi,

1200. ppè Tolossam ex comitatu Albigensi, hunc errorem imitati sunt, & eũ publicè docuerunt: ideo illum etiam inter alios inserere voluimus. Quoniã verò ista falsa doctrina ab ipsis Philosophis naturalibus rõnibus confutata est, illam vt magis Paganicã quàm Christianã deserimus: scientes ex doctrina Iesv Christi, post mortem vniuscuiusq; hominis Animas accipere pro meritis premia: exemplũ est in Lazaro & Diuite Luc: 16. Erant huius erroris imitatores & Albanenses, sed perijt memoria eorũ cũ sonitu, & vera doctrina in ęternũ pmanet.

Septimus error fuit eorum, qui asserebant Animam ante infusionem in corpus peccasse, & in pœ

nam peccati in corpora tãquam
in carcerem fuiſſe coniectas. Ait
Epiphanius in Epiſt: ad Ioannem
Conſtant: Epm̃, quę inter opera
Ieronymi reperitur Tom: 4. O-
rigenem huius erroris eſſe auto-
rem, quem poſtea tutatus eſt Pri
ſcilianus. Quoniã verò dementia
eſt corpus, Animę dicere carce-
rem: Anima enim habet inclina-
tionem naturalem ad illud, & ꝓ-
pterea illud diligit & nõ relinquit
niſi cum maximo dolore, & in re
ſurrectiõe vniuerſali rurſus illud
reaſſumet: Ideo hoc falſum eſt,
vt Anima in corpus ſicut in car-
cerem includatur. Quòd ſi A-
nimę ante infuſionem in corpus
peccarent, & non in corpore: ſi
in pœnã peccati quod extra cor-
pus fe-

pus fecerũt, in corpus velut in carcerẽ ſunt incluſæ: oportebat vt Saluator Chriſtus, qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non aſſumpſiſſet: cùm animę ſine corpore pèccauerint, oporteret illud ſcriptum Pauli falſum eſſe de duobus fratribus, Eſau & Iacob. Quoniam ille dicit illos, cùm nondum nati fuiſſent nec qcquã boni & mali feciſſent, à Deo ita electos, vt vnus fuerit apud Deũ in odio, alter in gratia. Quòd ſi anima Iacob peccaſſet: quomodo Iacob nihil mali ante natiuitatẽ ſuam nõ feciſſet? Hunc errorem Concilium Bracarenſe primum cap: 6. condemnauit, & Hereticum declarauit.

Vltimus error omniũ peſsimus,

quem Eusebius lib:6. cap:26. describit, qui etiam nunc in nostra patria reuixit, iste est. Animã hominis cum corpore simul mori. Quidam verò dicunt & docent: Quòd Anima perit quidem simul cum corpore, sed postmodum in resurrectione iterum cum corpore resuscitabitur. Vetus error, exortus primùm apud Epicuros porcos: post verò renouatus per Saduceos monachos Iudæorum. Post Christi verò in cœlos ascensionem, in Arabia excitatus. Cum his, Eusebio teste, disputauit Origenes, & ab illo conuicti citò resipuerunt. Post istos õnes Sathan excitauit Hermanum Kyffuich Holandrũ erroris istius defensorem & ꝓpugnatorem: videntur

dentur aũt quodã modo isti duo errores esse diuisi, sed quoniã in hoc conueniũt, vt dicant Animã hominis statim post mortẽ simul cum corpore perire. Quaꝓpter vno eodemq; gladio, qui est ꝟbum Dei, feriendi sunt.

Ponemus itaq; primùm: Magnam esse differẽtiam inter eas animas quę cũ corporibus moriuntur, & Animas hominũ, quę semel à Deo infusę corporibus nunquã moriuntur, sed in ęternum viuunt. Æternum aũt esse non potest, quod aliquando finitur: sine fine igitur animę hominum viuunt, quoniam non moriuntur in ęternum. Differentia aũt ostenditur maxima inter creationem Animę hominis & animarum aliarum, hoc

est a-

eſt animalium, volatilium & reptilium. Moiſes em̃ declarans õnium rerum creationem, cùm actionem diei quintę & ſextę deſcriberet: dicit Deum die quinta creaſſe cetę, grandia, & omnem animam viuentem, quam ꝓduxerunt aquę in ſpecies ſuas, & õne volatile ſecundũ genus ſuum. Senſus eſt: quòd Deus omnipotens, creauit omnia ſuperius deſcripta cum earum animabus ex aqua, ſicut die ſexta omnem animam viuentem iumentorum, reptilium & beſtiarum terrę, ſecũdũ ſpecies ſuas, creauit ex terra. Cùm aũt, formato corpore Adę de limo terrę, illud perfectum & abſolutum eſſe vellet, eſſentiam animę rationalis illũ habere voluit,

luit,

luit, quam non de aqua, neqꝫ de terra, vt animalium, beſtiarum, reptilium, ſed de ſpiraculo ſuo illi dedit: per hoc enim factus eſt animal viuens, quòd Deus inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, & ita eius animam conſtituit, quę non ſine cauſa ſpiraculum vitę dicitur: quoniam & iſte aër plerũqꝫ dicitur ſpiritus, ſed tamen ſpiritus vitę non dicitur, caret enim vita. Quæritur aũt: Vtrũ Deus Animam inſufflando fecit, an eam quam fecerat corpori dando potiùs inſufflauit? Vtrumqꝫ eſſe potuit: Siue enim inſufflando fecerit Animam, ſiue creando donauerit, ſatis eſt, quòd illud ſpiraculum Dei operatum eſt Animã viuentem. Quod manifeſtè ſcriptura

Eucheriꝰ ſuꝑ Geneſim. libro I.

Genesis 2. ptura testatur cùm dicit. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Hoc & Paulus ostendit faciens discrimen inter Adam primum de terra formatum, & Adam secundum innocenter de virgine natũ, cũ dicit:

1. Corin: 15. *Factus est primus Adam in animam viuentem, secundus autem, id est Christus, in animam viuificantem.* Satis itaq; constat quòd substantia animæ hominis facta est p illud spiraculum, quod spirauit Deus in faciem hominis, & p hoc factus est homo animal

Lib. 13. de Ciuitate Dei. capit: 24. Chrisost: homil 11. sup Genesim. Ita Lyra et Hugo in Genesim.

viuens. Ideo Augustinus irridet eos qui credunt spiraculum, quod inspirauit Deus in faciẽ Adę, esse quandam gratiã animę Adę collatam, & nõ potiùs Animam. Sic & alij Doctores S. & Catholici, spiraculum Dei, Animam esse intelli-

telli-

telligunt: non quòd illud ſpiracũlum conuerſum ſit in Animã viuentem, ſed quia operatum eſt Animam viuentem . Magna ergo excellentia eſt Animę hominis: illa enim non eo modo à Deo data eſt homini, vt alię animalibus brutis, & alijs viuentibus rebus datę ſunt, ſed data eſt illi ex ipſo ſpiraculo Dei, immortalis, data eſt ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei: ratione enim illius, & ipſe homo, ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei factus & creatus dicitur. Corpus em̃ Dei imaginem ꝓprie in ſe gerere non poteſt, quoniã Deus incorporeus eſt: corpus hõinis corrumpitur, Deus ẽ ęternus: in corpus humanum cadũt accidentia, Deus non patitur accidens. Spi-

racu-

raculum itaq; Dei in homine, id est ipsa Anima, est imago & similitudo Dei, à qua totus homo creatus esse dicitur ad imaginem & similitudinem Dei. Quoniam verò in nulla alia re Anima retinet in se imaginem & similitudinem Dei, nisi in immortalitate: quæro ex illis qui illam corruptibilem & mortalem cũ corpore esse fatentur, in quo retinebit homo imaginem & similitudinem Dei in se? Ostendimus illum in corpore corruptibili retinere non posse: quòd si Anima similiter corrumpitur, certe in vtroq; istam Dei imaginem ostendere nõ poterint. Aut ergo erit falsa scriptura, quod nemo dicere potest: aut illorum doctrina qui perire dicunt Animas.

Iuuant

Iuuant immortalitatem Animę hominis clarisſimę ſcripturę veteris & noui teſtamenti, vt ſi etiã Moiſes dę tàm nobiliſsima eius infuſione ſiue inſpiratione à Deo in corpus Adę taceret, ſi illã ſpiraculum vitæ, animam viuentẽ, quę omnia ad illius immortalitatem pertinent, non appellaſſet, ſatis facerent nobis certè tum illius, tum aliorum clariſsima teſtimonia, apertè illius immortalitatem declarantia & oſtendentia. Quid enim volũt illa verba, quę de Patriarchis defunctis in Geneſi legimus? *Mortuus eſt (inquit ſcriptura) Abraham, & congregatus eſt ad populum ſuum: Iſaac mortuus, appoſitus eſt populo ſuo. Similiter & Iacob, vt habetur Genę:* 49. Certe nihil aliud oſtendunt, niſi quòd in alio ſæculo habebãt

Geneſis 25. 35.

Q popu-

populum, hoc eſt, homines q̄ vixerũt pie & ſancte ſicut & illi, cũ quibus ſtatim poſt mortem ſocietatem acceperunt: non mortuo corpore, quod factum eſt hæreditas vermium & ſerpentum, ſed anima viuente. Obſcura fortaſsis hæc tibi videntur, reſpice manifeſtiſsima. Apparens Dñs Moiſi in rubo, dicit: *Hæc dices filijs Iſrael: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, miſit me ad vos.* Hunc locum Saluator noſter Chrũs dõinus cõtra Saduceos ac eorũ impiã doctrinã cõuincendam allegare dignatus eſt, qui non ſolum carnis reſurrectionẽ negabant, verùm etiam animę immortalitatem, vt teſtatur Lucas Acto: 23. Chriſtus igitur hoc loco ſcripturę probat contra illos

Math: 22.
Marci 12.

& im-

& immortalitatem animarum,& futuram resurrectionem : dicit enim. *Non est Deus mortuorum, sed viuentium, õnes enĩ illi viuunt.* Aperte mortuos omnes, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, mori non posse ostendens, õnesq; viuere dicens. Et certe, si probe expenditur scripturæ doctrina, animę vita sine spe resurrectiõis mera esset miseria. Dicit enim Paulus: *Si resurrectio mortuorum non esset, inanem vanamq; esse fidem nostram, & miserabiliores omnibus hominibus nos esse.* Connexa sunt ergo ista duo, & immortalitas animarum, & resurrectio futura: quamuis enim animę post mortem corporis viuant, & visione Dei fruantur, tamen perfectam beatitudinem habere non possunt, cùm

Lucæ 20.

1. Cori: 15.

earum ſpes ad reaſſumendū corpus in vltimum vſqꝫ diem eſt ſuſpenſa, quo ſuperindui illę ſemper aſpirant, vt in perfecto ſtatu perfectam beatitudinem obtineant. Vtrumqꝫ igitur Saluator noſter hoc loco ſcripturę contra Saduceos allegato probare dignatus eſt, & animas mortuis corporibus viuere, & futuram reſurrectionem certiſsimā eſſe. Et ideo nō ſine cauſa Spiritus ſanctus tā in veteri, quàm in nouo Teſtamēto mortem hominū, ſomnum appellat. Videmus em̄ in ſomno, ꝙ corpus aſſumens quandam ſimilitudinem mortis, amittit omnē operationem ſenſuum, quoniam ſomnus eſt ligamentum omnium ſenſuum: Animam verò non tantum vi-

Ariſto: de ſomno et vigilia.

tum vi-

tum viuere, verùm in ſuis poten-
tijs mirabilia operari: conuerti-
tur enim ab exterioribus ad inte- *Cicero libro de Diuinat.*
riora, & illic viget & viuit, præ-
ſentia cernit, futura præuidet, me-
minit præteritorum. Docemur *Danielis 12. Multi de his qui dormiunt ĩ puluere terræ euigilabunt.*
ſane hac ſimilitudine qualis ani-
ma noſtra erit corpore mortuo,
multò enĩ magis faciet poſt mor-
tem cùm ex corpore exceſſerit.
Quòd aũt mors hominum ſom-
no comparatur: ſunt aperta teſti-
monia, in morte Dauidis, Salo- *3. Regũ 2. 11. 14. 15. 16. & cet.*
monis, Ieroboami, Roboami, &
aliorum Regum Ieruſalem, & Sa-
mariæ: de quorũ morte dicitur.
Dormierũt cum patribus ſuis, et ſepulti ſunt in ciuitatibus ſuis. Concludendum er-
go, animam nõ perire in morte,
quoniam in ſomno nõ perit, quã-

Iob 7. uis reuocetur à ſocietate corpo-
Ecce nūc in puluere dormiam. ris. Cùm aūt mors aſsimiletur tā in ſacris quàm in prophanis lite-
Similia lege Iob 20. & 21. ris ſomno, certum eſt in morte il lam non perire, falſa eñ eſſet ſi-
Math: 9. militudo, & erronea cōparatio: Falſa aūt fieri non poteſt, quoni am Spiritus ſanctus & ipſe Filius Dei Chriſtus, ſomnum mortem appellantes, falſi eſſe nō poſſunt. Vere itaq; mors corporis nō mor tificat Animam, quamuis à ſocietate eius ad tempus diuidatur: re uertetur enim ſuo tēpore in corpus, & hoc in reſurrectione in no uiſsimo die. Quòd aūt Anima in ſuum proprium corpus reuertetur, ſcriptura teſtatur in libris Re
3. Regū 17. gum, Helias enim cùm mortuū filium viduę Sareptanę ſuſcitare vellet,

vellet, & oraret Dñm, in illo cœnaculo vbi manebat, pro eo, clamabat ad Dñm dicens. *Dñe Deus meꝰ, reuertatur obsecro anima pueri huiꝰ i visceraeius.* Quid verò dicit scriptura? *Et exaudiuit Dominus vocem Heliæ, & reuersa est anima intra eum, & reuixit.*

Quicunq; reuertitur in illum locum ex quo discesserat, ille non perierat, sed tantũ præsentiam suam de loco illo abstulerat: si enĩ periisset, quomodo iterum reuerteretur? Ita & Anima illius pueri mortui, si cum corpore interiret, & non de corpore egressa locum tantũ mutaret: quomodo iterum reuerteretur eadem in illud corpus mortuum? Helias autem nõ aliam Animã à Deo precatus est, nisi Animam illam mortui pueri. Et ideo dicit: *Reuertatur*

anima pueri huius. quod & factum eſt. Conſtat ergo propriam illius corporis animam, Dei potentia, eſſe in illud reuerſam. Duo itaq; hîc nos docet ſcriptura. Vnum eſt: quòd Anima corpore mortuo nõ interit, ſed egreditur de corpore ad illas manſiones quę illi paratę ſunt, quas Angelus apud Eſdrã appellat receptacula Animarum, promptuaria. *Terra (inquit) reddet, quæ in ea dormiunt, & promptuaria reddẽt quæ eis commendatæ ſunt animæ.* Quòdſi iſta ꝓmptuaria manſiones à Chriſto Dño dictas intelligamus, nõ errabimus, ſic eñ Catholici Doctores ante nos intellexerunt.

4. Eſdræ 7.
Ioannis 14.
Ambro: tomo 4. lib. de bono mortis capit: 10.

Alterum: quòd in reſurrectione Anima reuertetur ad propriũ corpus, ſicut in reſuſcitatione iſtius pueri illius ꝓpria Anima in eius

corpus

corpus eſt reuerſa. Hoc etiam de Eutycho in Actis Apoſtolorũ legi- *Acto: 20.*
mus: cùm enim ex tertio cœnaculo cecidiſſet deorſum, & mortuus de illo loco ſublatus eſſet, Paulus Apoſtolus ſuſcitans illum dixit ad illos, q de morte eius turbabantur: *Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt.* Non aliam animam ſuſcitatus à Paulo Eutychus accepit, ſed propriam, quę ſi cũ corpore interijſſet, ipſius ꝓpria eſſe nõ poſſet. Proprias itaq; animas corpora mortua à Sanctis & ab ipſo Filio Dei Ieſu Chriſto reſuſcitata reaſſumebãt. Et ideo Chriſtus Dñs mortem Lazari, & puel *Ioannis 11.*
lę Iairi Archiſynagogi, ſomnũ ap *Marci 5.*
pellare dignatus eſt, ſomni ſimili *Lucæ 8.*
tudine declarans, quòd illum to

tum hominem cum ea anima in qua ante vixerat, à morte ac si à somno suscitare debuerat. Suscitationes aūt hominum mortuorum, vera signa sunt nostrę futurę resurrectionis: discimus enim ex eis nō ita nos absorberi à morte vt viuere non possimus, & hoc cùm ipsius voluntas accedet, cuius potentia etiam hîc mortui excitantur. Sicut itaq; mortui resuscitati proprias animas in sua corpora receperunt, vt iam ostensū est, ita fiet & in futura resurrectione omnium: ita enim competit Dei iustitię ꝓpter dignam retributionem præmiorum & pœnarum. Sūt & alię scripturę veteris testamēti, quę animas imortales esse declarāt & docent, quas breuita-

uitatis gratia p̄ loca oſtendemus.

Tobiæ 3. Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi ſpiritum meum.

Pſal: 114. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quoniã eripuit animam meam de morte.

Ezechi: 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur, & ſi impius egerit pœnitentiã etc. & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, et non morietur. Hîc oſtendit p̄pheta animam peccatricem mori, id eſt damnari, cuius damnatio dicitur mors ſecunda. Animã verò p̄ peccatis pœnitentiam agentem, & iuſtitiam facientem, in ęternũ viuere, quoniã de corpore impij pœnitentis, vt viuat in ęternum, textus intelligi non poteſt.

Abacuc 11. Tu Deus noſter, ab initio non moriemur.

Eccle: 12. Reuertatur puluis in terram ſuã vnde erat, & ſpiritus redeat ad DEVM qui fecit illum.

Sapien: 3. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace.

Sapien: 5. Nos inſenſati exiſtimabamus vitam iuſtorum inſaniam: & finem illorū ſine honore, ecce quomodo cōputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorū eſt.

Talia dixerunt in inferno, hij qui peccauerūt, ſcriptura dicit quòd damnati in inferno hæc dicunt, ergo viuunt. Patet itaq; tā bonos quā malos in alio ſæculo viuere.

Eodem. Iuſti autem in perpetuūm viuent & apud Dominum eſt merces eorum.

De Chore Dathan & Abiron, hominibus malis ſcriptura dicit

Nume: 16. Deſcenderūt viui in infernū operti humo, et perierūt de medio multitudinis.

Oſtendūt iſta teſtimonia ſcripturę S. animas hominum tàm bonorum quàm malorum viuere, & viuere in ęternū. Sed quoniā mercedem diuerſam accipiunt con-

gruam

gruam ſuis meritis: illi qui mercedem iuſtitię acceperunt, in perpetuum dicuntur viuere in beatitudine: illi qui non iudicauerunt honorem animarũ ſuarum, quos excœcauerat malicia, qui non cognouerunt Sacramenta Dei, dicuntur etiam viuere teſte ſcriptura, ſed in inferno, quorum vita mors potiùs dicẽda eſt iuxta ſcripturas: optant enim ſemper illic mori, & mori non poſſunt: & ideo damnatio ęterna, ꝑ Ioãnem Apoc: 2. mors ſecũda appellatur. Veriſsime igitur ſcriptura dicit hominem creatum eſſe inexterminabilem, id eſt, incorruptibilẽ & immortalem: Dat rationẽ: *Quoniam (inquit) ad imaginem ſimilitudinis ſuæ Deus fecit illum.* Quod ideo ad- *Sapien: II.*

didit

didit, vt oſtendat quòd de homi ne iuxta animam ſecundũ quam in homine imago Dei ſita eſt, & non iuxta corpus, differebat.

Clara certè ex veteri Teſtamento hæc ſunt teſtimonia, immortalitatem animarum teſtificantia. Quoniam verò in nouo Teſtamẽto multò clariora reperiuntur, ea vt in medium afferamus operæprecium eſt.

Primũ itaq; ipſa Veritas Chriſtus Dñs aſſumendus eſt in teſtimonium, ille enim muniens diſcipulos ſuos, quos mittebat ad prædicãdum Euangelium, contra õnes tyrannos & eorum hoſtes, dicebat ad illos: *Nolite timere eos qui occidũt corpus, animas autem non poſſunt occidere, ſed magis metuite illum, qui poteſt & animam et corpus perdere in gehenna. Et apud Lucã.*

Math: 10. Lucæ 8.

Dico au-

Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et non habent quod amplius faciant: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem conijciendi in gehennam. Notanda hîc est Antithesis inter duos cõtrarios timores: Si hominũ metu suffocatur Dei timor, apparet plus illis nos deferre quam ipsi Deo: penes Deũ autem potestas est æternę vitę & mortis. Cũ igitur ꝓpter timorẽ hominum illum negligimus, propter fugacem & euanidam præsentis vitę vmbram, ęternum animę statum in cœlesti Dei regno perdimus. Quod ne faciant Apostoli, ne in cõflictu præualeat hominum timor, ostendit illis datas esse animas immortales, vniꝰ Dei arbitrio, & non hominum potestati subiectas: ostendit animã

multò

multò præferri corpori, & immortalem vitam mortali. Ideo Emphatica ē repetitio apd' Lucā: *Certè dico vobis hunc timete.* Necessaria itaq; est omnibus pijs Christianis hæc exhortatio: partim propter eos q obruere illos conantur causa Iesu Christi, partim ꝑpter illos à Satana subornatos gigantes, qui non tantū Deo bellum inferunt peruersis & varijs doctrinis, sed & animas hominum, perditū iri, & in nihilum redigi docent, & asseuerant. Sed videamus, contra illorum peruersam doctrinā, & alia Christi testimonia, qualem mercedem, boni & mali, statim post mortem corporis in animabus accipiāt: habemus exemplū à Saluatore contra eos dictum,

qui

qui poſthabita pauperum cura, ſe totos in delicias ingurgitant, q crapulis & voluptatibus dediti, proximos miſerè eſurire ſinunt, imò crudeliter inedia conficiunt, quibus opẽ ferre debuerant, quũ ſuppeteret illis facultas. Hoc Lucas apertè declarat oſtendens ṽba de Diuite & Lazaro, in quibꝰ ipſe Chrũs oſtendit quantùm in morte mutata ſit vtriuſq; conditio: mors quidem ambobus cõmunis fuit, ſed merces diuerſa. Lazari enim anima ab Angelis in ſinum Abrahę, id eſt in beatam vitam, defertur, Diuitis verò in horribilibus cruciatibus eſſe oſtenditur. Ecce Chriſtus ſtatum vitę hominum poſt mortem ꝑ ſenſus noſtri modulo in his duobus repræ-

Lucæ 16.

ſentat, non ſimplici aliqua parabola, ſed re geſta, ad quã penitiùs declarandã Lazari nomen poſitũ eſt. Summa igitur doctrinę hoc exemplo nobis traditę à nobis tenenda hæc eſt, Animas hominum ſtatim poſt mortẽ cuiuſlibet, vel in miſeros cruciatus, vel in beatã vitam iuſto Dei iudicio adiudicãdas. Quoniam verò ſtatim poſt mortem Dei voluntate ita diſpẽſantur, apparet illas mortuis corporibus viuere, & cum corruptis corporibus non corrumpi.

Hoc etiam ipſe Chriſtus oſtendit in eodem capitulo dans aliud exẽplum iniqui Villici, qui ſibi fecit amicos de bonis dñi ſui: ex illo enim admonet omnes. *Dico vobis: Facite vobis amicos de iniqua mammona, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna taberna-*

berna-

bernacula. Quod frustrà esset dictũ, si anima, posteaquã deficit corpus & separatur à corpore, nullum haberet receptaculum. Declarant animam immortalem & illa Christi verba, *Qui credit in me etiamsi mortuus fuerit viuet, et omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum.* *Ioannis 5. & 6.* Hîc fideles dicuntur nunquã mori: quod quoniam in corporibus fieri nõ potest, exterior enim homo corrumpitur, ad interiorem hominem hanc ꝓmissionem reducendam esse oportebit: interior aũt homo est Anima teste Paulo, hæc igitur ẽ quę viuit in ęternum. *2. Cor: 4.* *CHRistus dominus existens verus homo, ex Maria virgine natus, habuit verum corpus & veram animam: per õnia enim factus est nobis similis, vt testatur Paulus, excepto peccato. Quoniã verò erat verus homo, verè mortuus est, & ita exiuit de corpore e-*

ius anima, ficut exit de corpore cuiuslibet ho minis: Apparet aũt in morte corporis Chri- ſti animam cum corpore eſſe non mortuam, imò Euangeliſta teſtatur Chriſtum illam Patri commendaſſe his verbis. Pater, in ma-
Lucæ 23. *nus tuas commendo ſpiritũ meum. Et hæc di*
Math: 27. *cens emiſit ſpiritum. Scimus autem nos eſſe membra Chriſti, ille enim eſt caput noſtrũ. Mors ergo capitis noſtri indicat noſtrã mor tem. Chriſtus animæ ſuæ (quam omnes per- ditam putabant) Deum Patrem fidum eſſe cuſtodem intrepidè dicit, et illi eam commẽ- dat, vt illam extra carnem viuere oſtendat: & nos animas noſtras extra corpus morta- les eſſe dicemus? O fatuitas putridi membri quod non vult ita mori, ꝓut ipſius caput mor tuum eſt. Quid ad hæc dicent Pſychomachi?*

Nos verò fideles credamus fir- miter Chriſtum non priuato ſui reſpectu cõmendaſſe Patri ani- mam, ſed omnes ſuorum fideliũ animas quaſi vno faſciculo com- plexum eſſe, vt ſimul cum ſua ſer uentur: imò hac prece ius ſer-

uandi

uandi omnes animas ſibi ipſe peperit, vt non ſolum in eius gratiam eas cuſtodia ſua dignetur cœleſtis Pater, ſed partes illi ſuas reſignans ei ſeruandas committat: ſic ſua obedientia à Patre exaltatus, vt nō tm̃ animę fidelium, verùm & alia omnia in manus eius ſint tradita. Et quamuis nondum palàm de morte triumphauerat, tñ hanc potentiam, quam iam in ſeruandis ſuorum fidelium animabus habebat, in media ſui exinanitione declarauit, cùm latroni dextro, ipſum oranti vt eius non obliuiſcatur in regno ſuo, ſtatim paradiſi delicias promiſit, dicẽs. *Amen dico tibi, hodie mecũ eris in Paradiſo.* Eodem die latronem ſibi ſocium beatę vitę fore ꝑmitit. Porrò ſi-

cuti iam tunc fructum suum protulit mors Christi, ita hinc colligimus, animas vbi à corporibus migrarint, superstites viuere: alioqui lusoria esset promissio Christi, quam etiam iureiurando latro-

Actorũ 7. ni confirmat. Legimus de S. Stephano in Actis Apostolorum, ad exemplum sui præceptoris Iesu Christi, animam suam inter lapides ipsi Iesu Christo cõmendasse his verbis: *Domine Iesu suscipe spiritum meum.* Qui si cum corpore perire debuit, cur Spiritu sancto plenus illum Christo commendauit.

PROBATVR ANIMAM ESse immortalem his locis Scripturæ.

Math: 16. *Quid prodest homini si totũ mũdũ lucratus*
Marci 8. *fuerit, animæ verò suæ iacturam fecerit, aut*
Lucæ 9. *quã cõmutationem dabit homo ꝑ anima sua.*
1. Cor: 15 *Factus est primus homo Adam in animam viuentem.*

Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, habitationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam, in cœlis, & ingemiscimus vt absorbeatur quod mortale est. lege totum cap. 2. Cor: 15.

Cupio dissolui & esse cum Christo. Talia certè Paulus non diceret nisi certus esset de alia vita. *Philippē:1.*

Vidi sub altari Dei animas interfectorū propter verbum Dei, quæ clamabant voce magna dicentes. Vsquequò Domine verus & fortis non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant terram. &c. *Apoca: 6.*

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, tribubus et linguis, stantes ante tronum & in conspectu Agni, amicti stollis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes. Salus Deo nostro, & Agno. &c. *Apoca: 7.*

Habes Christiane lector apertisima testimonia scripturarum, testificātia Animas hominum nō interire cum corpore, sed immortales esse. Hanc doctrinam gen-

 tiles

tiles etiam homines ſanioris mẽtis, ſine Dei verbo & illius notitia exiſtentes, amplexati ſunt, ipſamq; naturam hanc immortalitatem declarare oſtenderũt, Animamq; decerptam ex mente Diuina, & Deo ipſi ſimilem, & illã ex altiſsimo domicilio, eſſe de foris, nullam in terris originem habere docuerunt: quibus nemo hominum perſuadere potuit, Animas in corporibus mortalibus tm̃ viuere, & cùm exiſſent, emori.

Cicero lib. 1 Tuſcu: quæſtionum, et vltimo. Item in Parado: & de Senectute.

Quòd ſi illi tàm fortiter hanc ſanam doctrinam confeſsi ſunt Dei teſtimonijs carentes, quid tibi faciendum erit: qui tàm clara, non hominum tm̃ Spiritu ſancto loquentium, ſed & ipſius Filij Dei Saluatoris tui & animę tuæ, habes te-

bes teſtimonia? Sacrę literę de immortalitate Animarum, nõ tm̃ viuorum ſed & mortuorum, adducunt & oſtendunt teſtimonia: excitatus enim à pythoniſſa Samuel, vt primus liber Regũ teſtatur, cùm loqueretur cũ rege Saul, & oſtenderet illũ iuſte pati à Deo propter inobedientiam afflictiones, necnon ab hoſtibus illum cũ filijs occidẽdũ in illo bello quod illius ceruici imminebat, hæc ſub finem ſermonis ſui ad illũ dixit, *Dabit Dominus Iſrael tecum in manus Philiſtijm, cras aũt tu & filij tui mecum eritis.* Conſtat ex verbis Samuelis, illũ poſt mortem habuiſſe certã manſionem, in qua occiſum Saulem cum filijs expectabat, & in illam ad ſe eum venire cũ liberis in craſtino prædicebat. Quoniam ve-

1. Regũ 28.

rò Lege Dei vetitum eſt ne à mor tuis querantur teſtimonia: nam ſi Prophetas & Moſen, & ad vlti mum Chriſtum dñm, & eius Apo ſtolos homo aliqs obſtinatus nõ audierit, certe neq; ſi quis ex mor tuis reſurgens ipſi teſtimoniũ phi beat, illi aurem adhibebit. Suffi- ciant ergo tàm apta teſtimonia, quę ſtatum immortalem animæ indicant eſſe. Faxit Deus opti: Max. vt liberati à peccato benefi- cio Saluatoris noſtri, immorta- litatem Animę noſtrę ſentiamus in luce perpetua Regni Ieſu Chri ſti, fruentes ęternis gaudijs & ęter na læticia, habeamuſq; il- lam vitam æternam, quam in ſymbolo Apoſto- lico confitemur.

NE au-

NE autem aliquem ſcrupulum Lectori in hac materia relinquamus, neceſſario & illam quæſtionem ſoluere exiſtimauimus, An Animę iuſtorum ante diem iudicij Deum videant ſicuti eſt.

MVLti erant ex Catholicis Doctoribus, ꝗ dicebant Animas Sanctorum ante reſurrectionem corporis Diuinæ viſionis gloria frui non poſſe, ſed frui illas ſola viſione humanitatis Chriſti. Hoc Bernardus ſermone 3. & 4. Feſti omnium Sanctorum docuit.

Alij inuiſibilem locum definitum illis à Deo, in quo ad diem reſurrectionis ſint manſuræ, eſſe docuerunt, vt Irenæus Epũs in fine lib. quinti aduerſus Hæreſes.

Alij Paradiſum, in quo anima Latronis

tronis ꝑ Chrūm eſt introducta, cœtum Beatorum intelligunt, in quo cuſtodiuntur ad reſurrectionis remunerationiſq; diem, vt Iuſtinus Martyr in lib. quæſti: à gentibus poſitarū, quæſt: 76. & 60. Theophilactus verò in cap. Lucę 23. dicit Sanctos nondum ꝑfectè bonis frui, ſed tm̃ verſari eos in locis lucidis & fragrantibus, ac pulchris tabernaculis.

Tertullianus 4. lib. coñ Marcionem, & lib. de Anima cap: antepenult: dicit omnem animam apđ inferos ſequeſtrari in diem Dñi. Et iterū. omnes animę penes inferos velis nolis ſunt, & ſupplicia illic iam eſſe & refrigeria.

Origenes in libro Periarchon 2. Sancti quiq; diſcedentes ex hac

vita

vita permanent in loco aliquo in terra poſito: & vocat illum locũ Paradiſum, vel potiùs ſcholã animarum: dicit illos non habere perfectam læticiam, ſed eſſe in diuerſis manſionibus.

Lactantius lib. 7. Diuin. inſtit. ca: 21. dicit protinùs poſt mortem animas non iudicari, ſed in vna communiq; cuſtodia detineri, donec magnus Iudex faciet examen.

Ambroſius lib. 2. de Cain & Abel cap: 2. docet, animam ſolutam à corpore ambiguã ſuſpendi in diẽ futuri iudicij. Et de bono mor. ca: 10. ponit diem iudicij diem coronæ, vbi victores palmam aſſequẽtur, & ad illum vſq; expectant animę remunerationem debitam, locum aũt quem petunt corporibus exu-

Ambroſius contrarium ſcribit in Epiſt: 59. ad Teſſalo: de obitu Acolij quia illic eius animam in cœlo eſſe ſcribit.

bus exutę appellat infernum qui nō videtur, & abdita receptacula. Ioannes Chriſoſtomus Hom: 39. in 1. Epiſt: ad Corint. examinans vim cap: 15. inquit. Animam eſſe immortalem: Tamen ſine carne admirandis illis bonis non fruetur, quemadmodum neq; pœnis punietur, quoaduſq; omnia ante tribunal Chriſti manifeſtabūtur.

Ioan: Chryſoſto: cōtrà docet homi: ad Philipp: 4. dicēs Paulū in ipſum cœlum è corpore migraſſe.

Auguſtinus in enarratione Pſal: 36. ait. Poſt vitam iſtam nondum eris vbi erunt Sancti, quibus dicetur: Venite benedicti Patris mei percipite regnum. &c. nondum ibi eris quis neſcit: ſed iam poteris ibi eſſe, vbi illum quondam vlceroſum pauperem Diues ille ſuperbus in medijs tormentis videt longe requieſcentem, in illa reqe certè

certè ſecurꝰ expectabis iudicij dĩ em. Hoc idem dicit lib. 12. de Ciuitate Dei cap: 9. addens in ſecretis receptaculis & ſedibus animas requieſcere. Contrarium autem docet ſer: 4. in ſolennitate Sanctorum exponẽs illum locũ Apoca: 6. *Vidi ſub altari Dei animas interfectorum.* Ciuiliter itaqꝫ interpretari oportet Auguſtinum ſi in contraria loca de hac materia incideris, quoniã videntur in ſpeciem eſſe pugnantia: Auguſtinus enim non dubitauit de gloria ſanctarũ animarum ante iudicium, ſed de loco gloriæ, & de gradibus, & conſũmatione glorię ante iudicium.

Docuerunt ſimiliter & alij, quorum ſententias hîc longum eſſet enumerare: nomina aũt illorum

& loca

& loca doctrinę tm̄ hîc inserem9 ꝑpterea, vt ille qui eorum libros habuerit sciat loca, vbi id quod docent & scribunt legere debeat.

Victorinus Martyr Pitabionensis Epūs in comment: Apoca: explicans illud. Vidi sub altari Dei animas interfectorum.

Prudentius in Pòëmatibus suis, in hymno pro exequijs defunctorum, & in hymno 18. Martyrum Cæsaraugustanorum.

Theodoretus Cyrensis Episcopus in commē: 11. capit: ad Hebræos.

OEcumenic9 in 11. caput Epist: ad Hebræos:

Euthimius Zicabonus in commen: 23. cap: super Lucam, edisserens illud dictum Christi. Hodie mecum eris in paradiso. Hæc Patrum scripta si iuxta simplicem verborum prolationem inspiciantur, præseferre videntur errorem damnatum in synodo Florētina. Sed animaduertendum erit legenti istas & similes sententias S. Doctorum, vt sciat beatorum

Diuina

diuina visione fruentium duplicem esse beatitudinis statum. Vnum animæ sine corpore vsque ad vniuersale iudicium, quem veteres varijs nõinibus describentes, appellarûnt Sinum Abrahæ, Paradisum, Altare exterius, Sanctorum vestibulum, Subaltare Dei, Atria Dei, Promptuaria animarũ, abdita receptacula, animarum custodiam, securitatis requiem, stolam albam arrabonem regni, adeptas repromissiones, & alia huiusmodi. Credendum aũt est indubitanter animas gloriam Dei iã intueri, & ideo beatas esse, nec alibi, nisi cum capite suo Christo: ita enim ille voluit, vt vbi ille est, & ministri ipsius cum ipso sint. Quòd aũt hæc beatitudo anima-

rum varijs nominibus à Patribus appellata est, non mirum: Cùm & Alterum statum animę resumpto corpore post iudicium, similiter diuersis appellationibus nũcuparûnt, videlicet, Altare interius, domum Dei, superaltare, resurrectionis gloriam, consummationem gloriæ, terminum bonorum, sublimiora cœlorũ, immortalitatis præmium, integra meritorum præmia, nondũ acceptas repromissiones, coronarum tempus, futuram gloriam, fruitionis regnum, & alijs his similibus. Proinde dũ apud priscos ecclesię Doctores legeris iustorũ animas viuere aut in sinu Abrahæ, aut in paradisi nemore, vel in abditis receptaculis, ibiq; expectare futurę glorię

glorię præmia, non ſuſpiceris a-
nimas Sanctorum carere Diuini
intuitus gloria, ſed intellige eas
nondũ potiri perfecta & conſum
mata illa fœlicitate, quã poſt cor
poris reſurrectionem expectant.
Retinenda aũt eſt Pauli doctri-
na, qui deſiderabat diſſolui à cor
pore, & non alibi quàm cũ Chri-
ſto eſſe. Cum Chriſto aũt eſſe qd
aliud eſt niſi in cœlis eſſe? nonne
Chriſtus [redacted] aſcendit in cœlos?
nonne [redacted] ſedet à dextris virtu-
tis Dei? Stephanum S. teſtem ha
bemus, qui moriens Chrũm vi-
dit ſtantem in cœlis, cui & animã
ſuã commendauit ſuſcipiendam.
In cœlis, Paulus, nos habere do-
mum non manu factam, æternã,
docet, cùm terreſtris domus ha-

bitationis nostrę dissoluitur. Verũ quidem est quòd in animabus non est consummata atq; perfecta beatitudo, propterea ꝙ sine corporibus illa fruuntur, tamen exeuntes de corpore plùs beatitudinis inueniunt quàm putabãt, ad Christum eñ abierunt, in quẽ & Angeli desiderant prospicere: quoniam, vt Chrysostomus ait, abierunt non vt videant tantùm per fidem, sed faciẹ ad faciem. Mors enim, eodem teste, non separat illos neq; nos à Christo, sed magis ad illius chorũ coniungit, illic enim ipsum omninò videbimus, vbi Cherubin Deum glorificant, vbi Seraphin volant, in Sãctorũ choro existẽtem. Hæc ille.

Homil: in illud Sapien: 5. Iustorum autẽ animæ in manu Dei sunt.

Homilia 16 & 32. in Episto: ad Romanos.

Nihil õninò in hac materia immorta-

mortalitatis Animę intactum relinquere voluimus, ideo & errores varios in medium attulimus, falsosq́ esse breuiter declarauimus, & Patrum ambigua quædā scripta de mansione animę exutę ex corpore, quomodo intelligi debeant ostendimus. Satis est, quod omnes sanę mentis homines, exceptis Epicuris porcis & eorū sequacibus, animam hōinis immortalem esse senserunt & docuerūt.

Audiui ego à quodam Nobili & non postremę familię Polono, cū de anima, & eius vita post mortem, mecum dissereret, vltrà allegatos superiùs errores de quibus fortaſsis parùm sciebat, suum, ab eius Ministris ad credendum sibi traditū, confiteri, hunc videlicet:

Animam ſeparatã à corpore, nõ
mori quidem neq; corrumpi, ſed
circa corpus obdormire vſq; ad
nouiſsimum diem, in illo aũt die
reſuſcitabitur pariter cum corpo
re, & ſiſtet ſe ante iudicium Dei.
Cum aũt quærerem ab illo, quo
teſtimonio ſcripturę hanc con-
feſsionem ſuam confirmaret, al-
legabat illa loca ſcripturæ, quæ
mortem ſomnum eſſe dicũt: Sed
cùm oſtenſum eſſet ꝑ me ſcriptu
ram allegatam illi minimè ſuffra
gari poſſe, quoniã in ſomno cor-
poris non dormit anima, imò vi
gilat vt ſuperiùs oſtendimus: ille
reſpondit de cœlo diuinitùs eſſe
illis reuelatam hanc doctrinam,
ne à vobis Papiſtis vltrà ſeduca-
mur, terrebatis vos anima paſsi-

bili,

bili, & excogitaſtis illi varios cru
ciatus, itaq; Deus ſua inſpiratione oſtendit nobis hæc omnia vana eſſe. Erat iſte ex numero illorum quos nouos Arianos ipſi Euangelici appellant. Quoniam verò iſti noui Ariani non ex Ario tantum, ſed ex Samoſateno, Eutyche, Eunomio, Neſtorio, & alijs inimicis Diuinitatis, & æternitatis Filij Dei Ieſu Chriſti, ſuum dogma hauſerunt & acceperũt, vt ipſum de natura Diuina, qua eſt vnum cũ Patre, exuant. Mirum certè eſſe nõ debet fideli & catholico Chriſtiano illos tàm varijs erroribus eſſe inuolutos, & in illis acſi in volutabro luti aſsiduè volutari: amiſſa enim veritate, vero & æterno Dei Filio, quomodo poſſunt ali-

quid boni habere? quomodo de aliJs quæ ſunt ad vitam æternam neceſſaria poſſunt verè ſentire? Amiſerunt conſolatorem, viuificatorem, ſaluatorem & conſeruatorem animarum ſuarum, igitur & de anima veram doctrinam habere nō poſſunt: quales em̄ præceptores imitantur in fide Filij Dei, tales etiam ſequuntur in doctrina de animarum ſalute & immortalitate. Nam iſte error affirmans animas obdormire circa corpus antiquus eſt, adhuc tempore Origenis in Arabia ortus,

Azoa: 20. quē Machomet in Alcorano ſuo docet, cùm animas cum corpore quaſi graui in ſopore reſtituēdas in die nouiſsimo demonſtrat.

Potiùs itaq; ex Machometo di-

ſcipu-

ſcipulo Neſtorij hæretici hoc do gma aſſumpſerunt, quàm ex inſpi ratione Dei, vt aiunt.

Quoniam verò illi, qui animas hominum interire aſſerunt cum corporibus, ſuam opinionem cõ firmant quibuſdam locis ſcripturę S. nobis õninò eſt hoc neceſſarium, vt oſtendamus illos ea loca male intelligere, ac ex peruerſo & erroneo intellectu ad iſtud abſurdum illos deueniſſe, quòd hoſtes ſunt animarum ſuarum.

Probant igitur, animam ſimul cũ corpore mori, illo ſcripto Iacobi *Quæ enim eſt vita noſtra? vapor eſt ad modicum parens (id eſt, ad exiguum tempus apparens) & deinceps exterminabitur.* Iacobi 4. Vitam omninò aiunt hîc nõ ſimpliciter accipi, ſed iuxta conſuetudinem ſcripturę, quę animam

 & ſpi-

& ſpiritum vitam ipſius hominis
eſſe declarat,& ſæpe vnum ꝑ al-
tero intelligit. Quod hoc verum
eſſe oſtendant,adducunt illas ſcri
pturas vbi anima & ſpiritus, ꝑ vi
ta præſenti intelliguntur, vt quã-
do Chrũs ipſe de benigno & ama
bili paſtore ouium ſuarũ loqtur.
Ioannis 10. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus*
Math: 2. et *ſuis. Et illud Angeli ad Ioſeph. Mortui*
16. *ſunt enim qui quærebant animã pueri. Itẽq.*
Marci 8. *Qui voluerit animam ſuam perdere, ſaluam*
Lucæ 9. & *faciet eam. Et iterum illud Petri. Animam*
14. *meã pro te ponam.* In iſtis & in alijs lo
Ioannis 12. cis S. ſcripturæ, anima pro vita
& 13. intelligitur. Sic etiam iſtud no-
men ſpiritus, vitam iſtam qua hîc
viuitur deſignat. Declarat hoc ma
nifeſtè ſcriptura in multis locis:
Geneſis 45 cùm enim de Iacob dicit, *Reuixit*
ſpiritus eius & dixit. id eſt ex debili-
tatione, quã ſuprà textus oſtẽdit,
& ex

& ex mœrore confortatus & cõ-
ſolat9 eſt Iacob, & meliùs habuit.
Sic & de illo ægyptio, quem viri
Dauidis reperierunt in agro per-
ſequentes Amalechitas, dicit ſcri-
ptua: *Dederunt illi panem vt comederet,* 1. Regũ 30.
& biberet aquam, qui cùm comediſſet reuer
ſus eſt ſpiritus eius in eum, et refocillatus eſt.
De Saba Regina Auſtri habetur, 3. Regũ 10.
quòd cũ admiraretur ſapientiã 2. Paral: 9.
Salomonis, prę ſtupore non erat
in ea vltrà ſpiritus. Iob quoq; cũ Iob 17.
dicit: *Spiritus meus attenuabitur.* alia
tranſlatio habet, corruptus eſt.
Dies mei breuiabuntur. &c. Iſti omnes
loci ſcripturæ ſpũm ꝑ vita iſta tẽ
porali qua hîc viuitur intelligũt,
& alios vt ſimiliter faciant docẽt
ac inſtruunt. Cùm itaq; ſcriptura
animam & ſpiritum pro vita tem
porali intelligat, & non eſt in il-

lis niſi

lis nisi nominum permutatio eã-
dem rem significãs: omninò hoc
verum esse affirmant cessante vi-
ta simul animam & spiritũ interi-
re, quoniã hæc omnia vnũ sunt:
Hæc est totius istius erroris basis
& firmamentum. Et quoniam ad
apparentiam videntur aliquid di
cere, cùm nihil ad rem dicant, a-
nimos simplicium illaqueant, &
eos ad licentiosam vitã, & ad nul
lam cognitionem Dei & sui ipsi-
us ita inducunt, vt absq; pudore
& timore ꝑpetrent mala, dicãtq;
illud symbolum antiquorũ Epi-
cureorum, cuius meminit Isaias:
Esaiæ 22. *Comedamus et bibam9, cras enim moriemur.*
Diximus superius istum errorẽ,
vt & omnes alios, ex malo intel-
lectu scripturæ esse natum: non
enim

enim ſcriptura, ſed ſenſus aut intellectus ſcripturæ, cauſa eſt errorum omnium. Itaqꝫ concedimus illis hoc, quod ſcriptura ſpiritum & animam interdum pro vita tẽporali vſurpat & accipit. Interdũ dico: quoniam oſtendimus ſupra multa loca ſcripturarum, quę nõ vitam temporalem, animam, & ſpiritum eſſe declarant, ſed illam animam perpetuò viuentem, & nunquam perituram. Quòd aũt aliquando in ſcripturis Sãctis ſpiritus & anima pro vita temporali vſurpatur, ille hoc nõ mirabitur qui nouit conſuetudinem S. ſcripturæ, quę ſæpiſsime partem ꝓ toto, per Synecdochen, accipit: Sunt multa exempla huius rei in literis Sacris.

Dixit

Genesis 14. Dixit Rex Sodomorum ad Abraham, cum reduceret omnem substantiam ex Sodomis de quatuor Regibus victis acceptam: *Da mihi (inquit) animas, & cætera tolle tibi.*

Actorũ 2. Demum cum in Actis Apostolorum legimus de credentibus & baptisatis, quòd vna die appositæ sunt ad fidem Christi animę circiter tria millia, id est tria millia crediderunt. Sic cum Paulus in periculosa nauigatione dicit: *Eramus vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex.* *Acto: 27.* In his ac in alijs multis locis partem pro toto, id est animam pro toto homine scriptura intelligit. Quando itaq; vitã temporalem, animam vel spiritum esse dicit, figurata locutio est: quoniam illam partem quæ declarat mansionem animæ in corpo-

corpore aliquando animam, aliquando ſpiritum appellat, vita enim eſt manſio animę in corpore. Quoniam verò ſcriptura ſemetipſam declarat, certe ipſa ſola indicat modum ſuæ locutiõis: cum enim animam accipit pro motu vitali, & quòd animet corpus, nullam facit mentionem illius æternę vitæ, neq; à rebus corporis diſcedit eius locutio. Cum autem hominem ſimpliciter ex corpore & anima conſtare dicit, iam tunc animam ſpiritum immortalem eſſe declarat, quam in corpore habitare oſtendit, tanquam in domicilio. Sed quoniã duæ præcipuæ ſunt animæ facultates, intellectus & voluntas, ſcriptura interdum diſtincte hęc duo pone-

2. Corin: 5. ponere ſolet, cũ exprimere vult animę vim & naturam. Demum quia animæ vocabulum in ſcripturis commune eſt hominibus & animantibus, vt Geneſis caput 1. declarat, ideo aliquando pro ſede affectuum capitur, vt ſit pars ſpiritui oppoſita. Hæc ergo in ſcriptura ſunt diligenter conſideranda, quoniam modos loquendi ſcripturæ qui non animaduertit, ad videndam veritatem in illa erit talpa: multa enim illi contraria occurrent, quæ intelligere nequaquam poterit. Ideo Pau-
1. Teſſa: 5. lus Apoſtolus poſtquã varia præcepta ad ſalutem ęternam vtilia Theſſalonicenſibus dediſſet, optat poſtea à Deo maximo & optimo, vt in eis ipſe ſolus perficiat

totius

totius ſanctificationis effectum. Sciens autē ſcripturam variè loqui de ANIMA, diſtincte etiam ſpiritum & animam aliquando ponere. Ita totum hominem & eius integram ſanctificationem explicat dicens: *Deus autem pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine quærela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur.* Ex tribus rebus Paulus quemlibet hominem dicit conſtare, videlicet, ex ſpiritu, anima, & carne. Quod deſcribens, poſtulat Theſſalonicenſibus vt eorum ſpiritus, ſanctus ſit in aduentu Domini. Quem ſpiritum ſi mentem, quæ eſt ſuperior pars animæ, intelligere vellis, ſi etiam eandem ipſam animam, non errabis: eadem enim anima dicitur ſpiritus

in ſcripturis, & potiſsimùm illic dicitur ſpiritus, quando ſeparatur à materia quam animat. Et ideo Chriſtus Dominus, & Stephanus protomartyr eius, illam in ipſo egreſſu de corpore, ſpiritum apppellauerunt. Orat vlterius Paulus ꝑ anima Theſſalonicenſiũ vt etiam ſit ſancta: ſciebat enim illam eſſe quodã modo omnia, ſciebat illam naturaliter do-

Iſidorus 11. Ethimologiarum. minari corpori. Quæ dum viuificat corpus, anima eſt: dum vult, animus eſt: dum ſcit, mens eſt: dum recolit, memoria eſt: dum rectum iudicat, ratio eſt: dũ ſpirat, ſpiritus eſt: dum aliquid ſen-

Bernar: ſermone 107. tit, ſenſus eſt. Cuius ſtatus tres eſſe docti nobis tradiderunt. Primum in corpore corruptibili. Se-

cundũ

cundũ ſine corpore. Tertium in glorificato corpore. Primum in militia. Secundũ in requie. Tertiũ in beatitudine conſummata.

Exiſtimamus itaq; ſatis nos oſtendiſſe: quomodo ille locus S. Apoſtoli Iacobi intelligi debeat: quomodo & ille ſcripturæ, quæ aliquando animam ꝓ vita tẽporali ponunt, quoniam figurata locutione hoc faciunt, quæ cum ſale (vt dicitur) debent intelligi: cùm & ipſe textus non dicat animam hominis vaporem ad modicum durantem eſſe, ſed vitam: cuius conditionem (vt & Pagani ſenſerunt) primus & vltimus dies continet, quæ conſeruatur ꝑ calidum & humidum, talis vita eſt fabula. Nemo enĩ eſt qui ſem-

per viuat, & viuentes sciunt se esse morituros. Ecclesiast: 8. & 9. Hoc verò de anima nemo sanæ mentis intelligere potest: vbi enim afforet iusticia Dei? vbi bonorum merces malorumq; iusta supplicia, si anima mortalis esset? Sed de his iam suprà satis dictum esse puto.


Nobis autem laudandus est omnipotens Devs, Pater Domini nostri Iesu Christi, in Spiritu sancto, in quo clamamus Abba, id est Pater: quòd nos in fide vera, sancta, catholica & Apostolica, conseruare dignatur: orandusq; vt in finèm in ea nos custodiat & cõfirmet, ita enim assequemur finẽ fidei nostræ, salutem animarum nostrarum. Et Dominus noster


Iesus


Iesus Christus verus Dei Filius,
cum Patre & Spiritu sancto, vnus
verus Deus in essentia, pro cuius
gloria, honore, & diuina Maiesta
te, hunc laborem suscepimus, ad
ædificationem fidelium, stabili-
at in ea fide corda nostra & con-
scientias nostras vsq; ad aduentũ *Ioannis* 14.
suum, cùm iterum veniet ad nos
& accipiet nos ad seipsum: vt v-
bi ille est, & nos simus cum illo
regnantes in illa ineffabili læti-
tia, quam oculus non vidit, nec *Esaiæ* 64.
auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, quam nobis pręparauit
ille solus, qui [redacted] lauit nos à pec-
catis nostris in sanguine suo, & fe *Apocal*: 1.
cit nos Reges & sacerdotes Patri
suo. Cui sit gloria & imperiũ
in sæcula sæculorum.

A M E N.

CRACOVIÆ,
Impressum per ANDREAM
PETRICOVIUM. ANNO
DOMINI: 1577.







Diatobr

Confess.

1577

Nideck

Parall.

1

25